START

MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80037-1

AUTHOR:

MENN, CARL

TITLE:

COMMENTARIORUM PONTICORUM..

PLACE:

NEUSS

DATE:

1854

Master Negative #

91-80037-1

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

Dissertation

Menn, Carl

Commentariorum Ponticorum specimen alterum

Neuss 1854

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11

IMAGE PLACEMENT: IA IIA IB (IIB)

DATE FILMED: 5-14-91 INITIALS M.B.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910

301/587-8202








Centimeter




Inches







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.



Contents

Jahresbericht

über das

Gymnasium und die Realschule zu Neuß

während des Schuljahres 1853—1854.

Zu den beim Schlusse des Schuljahres

auf dem Kaufhaussaale **am Freitag den 1. September** Statt findenden

Prüfungen und Redeübungen

ladet hiermit im Namen des Lehrer-Collegiums ergebenst ein

der Direktor der Anstalt

Dr. Carl Menn.

Voran geht:

Caroli Menn Commentariorum Ponticorum Specimen alterum.

Neuß.

Druck von Leon. Schwann.

1854.

COMMENTARIORUM PONTICORUM

SPECIMEN ALTERUM. *)

I. GENERALIA QUAEDAM DE NATURA ATQUE HISTORIA PONTI EUXINI ET HELLESPONTI.

Pontus Euxinus cum Bosporis duobus, Cimmerio et Thracio, duobusque, ex quibus per ea freta in Pontum navigatur, maribus minoribus, Mæotide et Propontide, quibus adiungendæ denique Hellesponti sunt fauces, ita positus naturaque et cœli et soli constitutus ac temperatus est, ut gentibus litora ea accolentibus plurimas maximasque ipsa loci natura præbeat commoditates, quibus opulentia populorum prosperitasque civitatum continetur. Commodorum antem, quibus sic Pontum natura instruxit, duplex in universum est genus, duplexque via, qua ad ea perveniatur: unum genus continet commoda, quæ cum Pontica navigatione coniuncta sunt; alterum ea, quæ dat litorum possessio. Sed horum utrique commodorum generi oppositæ sunt quædam difficultates, quibus nisi evitatis, nec maris nec litorum Ponti usus insignibus conspicuus unquam erat utilitatibus. Nam nec navigatio Ponti maritimarumque rerum usus omnibus caret impedimentis, et litorum possessio admodum est incerta infestaque propter crebras gentium vastationes incultarum, quæ ex intimis sæpe Asiæ Europæque regionibus excitæ maria Pontica quasi naturalem quendam ulterius evagandi attingere finem solent. Jam vero e duobus his, quæ quam brevissime modo indicata sunt, et incommodorum et opportunitatum generibus, quibus naturalis fert rerum conditio ut nunc augeantur res Ponti atque efflorescant, nunc imminuantur aut frangantur ac præcipites eant, paulo uberius ac luculentius nobis disserendum videtur.

NAVIGATIO PONTICA. Difficultates ac pericula, quibns Ponti navigatio obnoxia esset, notum est quantopere multi veterum decantaverint; ut qui sola veterum pœtarum ac mythographorum lectione edoctus sit, nihil Ponto periculosius, nihil immanius habeat.[1]) Verumtamen veteres, qui ita tradidere, ignoratione locorum, aut quia antiquioribus, qui vera soliti falsis miscere, quo quid esset tempore aut loco remotius, eo magis id exornare fabulis consueverant, nimium haberent fidei, nil nisi fabulosa aut nautarum, qui in longinquis cursibus mala quandoque tempestate essent usi, narrationes retulisse, id nemini dubium videbitur, qui noverit, quanta facilitate nunc vulgo per Pontum navigetur.[2]) Poterat quidem Pontica navigatio ab initio apud veteres valde periculosa existimari propter

crebra, quibus insignis esset, naufragia; verum haud alio illud iure, quam si quis nunc eam periculosam iudicaret. Nam naufragia in omni mari usu veniunt; et quo plus navigatur, eo plura navigia solent naufragio perire. Atque in Ponto vel hoc tempore non pauca quovis anno accidunt naufragia, Turcicarum maxime navium. Naves autem pereunt non tam propter maris naturam tam singulariter periculosam, quam propter navigantium imperitiam aut imprudentiam, qui vel procellosis tempestatibus prætercurrentes litora ventis necessario in saxa aut vada coniiciuntur, Turcis rei nauticæ haud admodum expertis ac sine tabulis topographicis temere fere atque inconsulte solitis mari sese committere. [3])

Nulla in Ponto saxa alto eminentia periculo sunt navigantibus. Omnibus in oris complures inveniuntur portus ac stationes navales. Amnes multi in Pontum influunt; ex quibus quinque magnitudine sua cursusque longinquitate usui sunt insigniori, ex Europa illi quidem omnes delati, Danubius sive Ister, Tyras (Dnjester), Borysthenes (Dnjepr) cum Hypani (Bog), Tanais (Don), qui a veteribus pro termino Europæ et Asiæ habebatur. Ab Asia propter montium iuga prope imminentia litoribus non magna possunt flumina in Pontum venire; haud parvas tamen etiam minores nec ita longo spatio navigabiles Asiæ amnes utilitates habent, imprimis Phasis (Rion) in Colchica, Halys (Kisil-Ermak) in Cappadocia. Maiora flumina, quæ multas aquas, magnoque impetu, in Pontum infundunt, quasdam rapidiores maris fluxiones efficiunt, quibus ut difficile est adverso cursu navigare, ita qui naturam earum ac vias tenent, commode uti iis possunt ad cursus celerandos. Et quoniam fluminibus aut imbribus in Pontum illatæ aquæ, nisi quæ pars earum in aerem soluta attollitur, uno omnes ostio, Bosporo Thracio, ex Ponto effluunt, ac deinde per Hellespontum Aegæo mari immiscentur, in his quoque partibus necesse est certas fieri fluxiones, quibus similiter possunt navigantes uti. Eadem illa magna et e longinquo venientia flumina cum aquis exonerant immensam vim arenarum, quæ per litorum recessus vel longe ab ostiis fluminum remotos dispersæ aliquot locis vada ac syrtes gignunt, ventis ex imo arenas attollentibus et in unum compellentibus; unde præter litora navigatio, nonnullis locis etiam accessus ad oppida ac portus, periculosior fit; tantoque maior, ne in vada incurrant, navigiis onustis adhibenda est cautio, quia syrtes sæpe locum mutant. Ad ostia Istri, maximi omnium ac rapidissimi fluminum Ponticorum, illud præterea memorabile nautisque notandum magnopere evenit, ut, quanto maiore impetu aquæ fluminis, præsertim imbribus auctæ, in mare solent incurrere, co latius directo cursu limus et arenæ et quæ alia terrena ac lapidosa amnis concitatus secum volvit, ferantur, aquis æquoris fluminis vi submotis, ac longo demum a terra spatio considere incipiant; unde fit, ut per proxima quidem faucibus Istri quieto mari liberum navigantes habeant cursum, maiori vero ab faucibus intervallo vadosa constiterint, magnæ insulæ iam specie ex alto eminentia. [4]) Cetera tamen paulum remotis ab ora maris partibus prorsus libera navigatio est ab eo genere periculi, medio mari satis alto ubivis ac tam bene cavato, ut nusquam sabula in eam altitudinem possint succrescere.

SITUS LITORUM. Litora Ponti plurimam partem ardua sunt ac prærupta, supra contecta bono solo nigro, quibusdam locis lapidoso, frugum cultui tamen fere ubique convenientissimo. Arenosi in litoribus nihil est nisi circa ostia fluminum, arenis, quas amnes non in mare tantum in-

vehunt, sed ripas egressi etiam per campestria oræ maritimæ late dissipant, delatis ex interioribus terris.

In omnibus Ponti partibus iam diximus bonos inveniri portus. Quæ qum res sit maxime necessaria urbibus maritimis, ut, mari satis ample sese in terram insinuante, stationem navigia habeant tutam a vehementiorum procellarum impetu; tum aliæ in Ponticis litoribus res sunt, quæ primos per Pontum navigantes populos cultiores ut urbibus circa omnem eius maris oram condendis mentes adverterent allexisse videntur. Etenim multis locis in mare excurrentes montium rami pæninsulas creant, circa quarum isthmos, mari in depressiora sese infundente, utrimque portus existunt, quibus, qui isthmum munierint intraque munitiones constituerint oppida, uti simul ambobus possint ad navigandum, ac simul tuto omnem colere terram, quæcunque isthmo continetur. Sic loci natura muniti Chersonesitæ universi, tam qui ad Hellespontum [5]), quam qui apud Tauros [6]) oppida condiderant, mediocribus admodum opus habebant munitionibus terrestribus nec ita multis præsidiis ad barbarorum quidem, qui ea loca accolebant, terra modo valentium incursiones prohibendas. Eadem loci opportunitate fruebantur in Propontide Cyziceni et Perinthii; similiter conditæ ad Pontum erant nobilissimæ urbes, Amastris et Sinope in Paphlagonia, Apollonia et Mesembria in Thracia, ac præ ceteris Chersonensium oppidis Chersonesus Heraclea in Taurica, famosissimum nunc imperii maritimi Russorum receptaculum. [7])

Aliam situs utilitatem præbent flumina in propinquo se exonerantia. Sic Jstri fluminis navigatione potiebantur Jstriani, Tyræ Tyritæ, Hypanis simul ac Borysthenis Olbiopolitani; similiter Phasidi amni apposita Phasis urbs negotia cum Colchis amne quoque faciebat longinqua et quæstuosissima; navigabatur enim Phasis quamlibet magnis navigiis XXXVIII M. D passuum, inde minoribus longo spatio. [8])

Tertia egregie opportuni situs species est, si locus ita est positus, ut navibus proxime eum prætervehi aut appelli atque invehi in portum necesse sit. Sic opportune sita erant oppida Hellespontia, in Thracia ad litus Europæ Elaeus, Madytus, Sestus, in Asia Abydus et Lampsacus; ad Propontidem in Asia Parium, in Europa Callipolis; ad Bosporum Thracium Byzantium et, si quis Byzantium vitare vellet, Chalcedon; ad Bosperum Cimmerium, qui ex Mæotide veniebant, similiter aut Phanagoriam in litore Asiæ positam, aut Panticapaeum in Taurica cursum dirigebant.

Quarta accedit species præstantis situs maritimi portuum eorum, qui in regionibus insigni agrorum fertilitate præstantibus conditi sunt, et ad quos, quæ in mediterraneis nascuntur, quo transvehantur in ulteriora, necessario sunt comportanda. Quæ loci opportunitas augetur, si vicinæ sunt magnæ et copiosæ civitates mediterraneæ, quæ maritimarum illarum urbium portubus ad res suas importandas exportandasque uti coguntur. Atque huic generi urbium annumeranda in Propontide est Myrlea sive Apamea, cuius portu uti solebant Prusenses ad Olympum, et Cius in extremo sinu Ciano, ad quem Nicæenses ab lacu Ascanio res suas deportabant, tum Astacus et post a regibus Bithyniæ in opposito litore sinus Astaceni condita Nicomedia, maxima et ipsa Bithynorum emporia; in Ponto ante Amastrim Heraclea, florentissimum emporium Paphlagonum, in

Cappadocia Amisus et Cerasus et, unde in Armeniam et Persiam ascenditur, Trapezus, in Colchide præter Phasim Dioscurias sive Sebastopolis, in Taurica Chersoneso Heracleam inter et Panticapæum Theodosia, unde summa vis frumenti exportabatur [9]; et alias haud paucas numero civitates, quæ nondum hic memoratæ sunt, nisi forte alio quodam conspicuæ quondam fuisse noscantur naturæ ornamento, hoc saltem bono commendari, ut commerciis factitandis aptissime positæ videantur, id vel eo perspicuum est, quod etiam nunc iisdem locis urbes stant mercatura florentes; ex quibus fama celebratiores commemorandæ præcipue in Thracia ad Propontidem Selymbria, nunc Selivri dicta, ad Pontum Sozopolis, nunc Sizebol, Odessus, nunc Varna, Tomi, nunc Kostendsche.

Jam patet quam ab omnibus fere partibus aptissimus ad navigandum sit maritimus Ponticorum litorum situs, quantasque commoditates natura creaverit iis, qui navibus valentes ad mercatum Ponticum animos convertant. Post maritimum situm nunc terrestris litorum circuitus aliquanto accuratius considerandus nobis est, ut noscatur quoque, quas ab hac parte Ponto utilitates, quæve incommoda natura paraverit.

MERCES PONTICÆ. Ac dictum quidem est in universum admodum fertilia esse litora Pontica tum frumenti tum aliarum rerum ad vitam hominum necessariarum. Quare nunc videamus, quas rerum species aut universus Pontus tanta copia ferat, ut multa pars earum possit in alias terras exportari, aut quæ in una atque altera litorum parte res insigni bonitate nascantur. Communes fere omnibus Ponti partibus mercium species sunt: pisces, frumenta, ligna aliaque materies navalis, pecudes et quæ ex pecore efficiuntur, coria, lana, sebum, etiam mel atque cera; præterea magna in fama antiquitus erant robusta hominum corpora ad serviendum et ad militiam idonea. Atque hæc quidem omnia tam large tantaque bonitate in Ponto proveniunt, ut antiqua memoria et proventus earum rerum longe exsuperarit incolentium necessitates, nec Græci quidem ullis aliis in regionibus eas res ampliore largitate aut natura præstantiore invenerint. Contra indigent Pontici rebus quæ in australibus regionibus gignuntur, maxime vino, oleo, fructibus siccatis, et multis ex iis rebus quas homines manu atque arte ad necessarios vitæ usus vel ad lautiorem victum cultusque luxuriem fabricantur. Longe tamen pretii non minus quam ponderis magnitudine exsuperant res, quæ exportantur quotannis ex Ponto, multitudinem rerum, quibus aut propter coeli temperiem solique naturam, aut quia incolentium hauddum ita provecta est sedulitas, caret Pontus. [10]

Nunc ad singula animo converso, quibus aliæ Ponti regiones præ aliis floruisse olim vel hodieque præstare ac præcipua apud mercatores dignitate esse noscantur, denuo cuncta Ponti litora perlustremus et ea, quæ apta ad universalem hanc rerum complexionem videtur, brevitate de unoquoque oræ tractu pauca quædam referamus, quibus id, quod monstrandum hoc loco est, potissimum contineri arbitramur. Ac primum quidem Chersonesus Thraciæ sese offert, præclara illa Atheniensium possessio, cuius satis constat insigni soli ubertate non minus quam maritimis locorum opportunitatibus Græcos, quum primum rebus nauticis animum advertissent, commotos esse ad complura ibi oppida condenda colonisque frequentanda [11]; in Asia ad Hellespontum pertinentis regionis præcipua natura vel ex eo elucet, quod Lampsacenorum ager vinum, quo reliqua Ponti caruisse modo diximus,

plurimum quondam et magni æstimatum ferebat [12]; et metalla quoque in montibus eiusdem tractus olim fodiebantur [13]; Mysia atque universa Bithynia nulli terræ cedunt fertilitate, circa Bosporum Thracium captura piscium quæstuosissima; ad Ponti litora Thracia pertinent montium iuga silvis obtecta; in Scythiæ Ponticæ iis partibus, quæ nunc Bessarabia et Chersone, provinciis Russicis inclusæ sunt, longe plurimis annis multo maior nascitur frumenti copia, quam qua incolentibus ad victum opus est, ut id ceteris Europæ partibus tanquam forum quoddam frumentarium paratum sit, unde, quantum illis desit frumenti, facili vectura suppleatur; præterea Tauricæ Chersonesi aliarum quoque rerum abundantia summaque felicitas est notissima [14]; terra Colchica, ut fabulosa eius vellera aurea prætermittamus, pernobilis quondam ob lini culturam [15]; in Cappadocia hoc tempore peræque, atque antiqua memoria factum constat, cupri metalla coluntur ditissima. [16]

COMMERCIA PONTICA. His breviter dictis de rebus, quæ gignuntur in Ponto, manifestum, puto, est, situm Ponti hanc etiam ob causam felicissimnm esse. Et sic quidem duas res, propter quas commercia solent maximopere efflorescere et florentibus commerciis civitates facultatibus potentiaque augeri, vidimus coniunctas esse in Ponto, summam navigandi facilitatem, insignem terrarum ubertatem. Quibus tertium accedit commodorum genus, quod litora Pontica non solum ad maritimum mercatum opportunissime sita sunt, sed etiam terra possunt e Ponto cum longe remotis Europæ Asiæque partibus insigni facilitate quæstuosissima commercia institui. Sic res ex Hungaria et Germania in Pontum invehuntur per Danubium, insuetum quidem longo tempore fluvium navigia ex superioribus locis per fines Turcarum ferre; nunc tamen usu compertum est, non multis remotis difficultatibus naves vapore actas posse per Danubium ex intima Germania usque ad ostia Pontica navigare, adverso pariter ac secundo flumine. Cum septentrionalibus Europæ partibus plurimum commercii fit per Borysthenem; navigatur etiam in Tyra, Hypani, Tanai, quibus fluviis omnibus ex ingenti terrarum spatio merces in Pontum comportantur, præcipua copia pelles, quæ magno cum lucro Ponticis mercibus commutantur. Summas vero utilitates ex eo genere commercii, quod rebus transportandis in diversas terras continetur, Pontus habet ab Indica ac Persica mercatura. Etenim ex India quum diversæ viæ sint, quibus res in Europam soleant transportari, una, quæ omnis maritima est, per mare Atlanticum, altera per Aegyptum et mare Arabicum, tertia per mediam Asiam diversis itineribus: hæc tertia via, qua præter Indicas res etiam Persicæ merces exportantur, plures habet in Pontum exitus. Nam qui Tigri fluvio ex Perside aut qui ex Media in Armeniam ascendunt, superatis urbibus Erserum aut Tiflis deveniunt ad orientalia Ponti litora, navigatione Pontica usuri ad reliquam rerum suarum transvectionem; et ab Erserum quidem descendunt ad Trapezuntem, nunc ditionis Turcicæ, a Tiflis ad portus Colchicos, quorum nunc maximus ac celeberrimus est Redut-Kale [17]. Diversa via ad eadem Colchica loca venitur ab iis, qui ex septentrionalibus partibus imperii Persici Ocho flumine (Tedjen) in mare Caspium delati, mari deinde ad isthmum Caucasium vecti, superant Caucasum montem, navigantes in hoc isthmo a Caspio mari Cyrum amnem adverso, post, Phasim secundo flumine [18]. Tertia denique mercatus Indici, qui per mediam Asiam fit, via omnium illa maxime terrestris, est ea, qua agmina mercantium ex Bactriana atque Sogdiana, quæ terra hodie vocatur Bucharia, magno flexu paludem Aral et mare Caspium ad sinistram habentia, superato Volga amne

aut in mediam Russiam ire pergunt, aut flexo ad sinistram itinere ad Pontum per Caucasiam terram vel ad Mæotin descendunt [19].

INCURSIONES BARBARORUM IN PONTUM. His expositis, patet plurimum augmenti addere commerciis ac facultatibus Ponti situm litorum terrestri circuitu patentem. Is vero apertus litorum situs nescio an plus habeat incommodi quam utilitatis. Nam sicut tam insigni, quam de Ponto modo diximus, utilitati cuivis terræ est, finitimam eam terram esse bene cultis regionibus, aut natura ita positam, ut necessarius quidam per eam transitus sit hominum atque rerum ex remotioribus fortunatis regionibus in alias bene cultas et hominibus frequentes terras, ita non minoribus periculis ea terra propter eandem loci naturam apertam indefensamque obnoxia est, si vicinæ regiones a nationibus tenentur vel facile occupari possunt incultis vita, moribus bellicosis. Ita vero indefensa sunt litora Ponti universa, paucis exceptis civitatibus iis, quas pæninsulis impositas maria pœne circumcludunt; sive spectas septentriones, qui ex longis Europæ Asiæque recessibus sæpe ad perniciem Ponticarum civitatum emisere barbaras turbas Scytharum, Sarmatarum, Hunnorum, Mogolum, Sclavorum; sive orientem solem, unde excitati Persæ, Parthi, Turcæ sæpenumero Pontica litora devastavere; sive occasum solis, unde Gallorum maximas aliquando catervas, et Getarum Gothorumque gentes universas et Thracum populos infestissimos semper Ponticis civitatibus excitatos memorat antiquitas ad Pontum diripiendum. Sic igitur terrestris Ponti situs, apertus et indefensus, ad securitatem rerum Ponticarum prorsus contrarium efficit eius, quod claustra illa, de quibus initio diximus, Hellesponti fauces et Bospori Thracii angustiæ, mari pariunt utilitatis. Etenim ut his claustris bene munitis omnis ad Pontum aditus facile intercludi potest hostibus mari vel maxime prævalentibus, ita fere nihil habet Pontus munimentorum naturalium, quibus terra incursitantium hostium impetus possint arceri. Quare qui terra illatis bellis circa Ponti litora cupiunt superiores fieri, eos oportet pedestribus quoque copiis valde esse instructos.

IMPERIUM PONTICUM. Patefactum nobis est, ob ipsam loci naturam firmum ac stabile in Ponto imperium, quod cunctis fruatur utilitatibus, quas natura Ponto largita est quam plurimas, condi non posse nisi ab iis, qui terra simul ac mari valeant. Terrestres exercitus poscit litorum possessio. Maris usus postulat navales copias, neque eas exiguas, quæ mercatorum privatis usibus suppetant, vel quas sufficere diximus ad arcendos mari valentium incursus. Etenim si imperantes Ponto non valde curant rem navalem, aut ad exteras nationes mari valentes pervenient magna mercaturæ Ponticæ commoda, aut, si non pati illi, clauso exteris mari, alios volunt in Ponto navigare, nescio an plus sibi ipsis quam aliis noceant propterea quod nulla tunc aut non multa apud se rerum peregrinarum commercia esse necesse erit. Commercio autem gentibus opus est ad industriam hominum excitandam; industria hominum excitata, ad opificia, artes, literas excolendas propagandasque; atque his rebus non summa tantum continetur societatis humanæ felicitas, sed omnis imperii diuturnitas.

Quæ de imperio Pontico exposita modo a nobis sunt generatim demonstrataque ex ipsa marium terrarumque natura, ea plene confirmat memoria rerum. Antiqua quidem memoria quatuor innotuere populi, quorum permagna quondam, aliis aliorum temporibus, in Ponto erat potentia, Græci, antiquiores reges Bospori, Ponticus Mithridates Eupator, Romani. Ex his Græcorum civitates ne

conabantur quidem unquam coniunctis viribus unum in Ponto imperium condere, neque ulla earum terrestribus parandis copiis intenta admodum erat, aut tantum unquam terra pollens, ut magnas ac bellicosas gentes, quarum in finibus ipsorum condita oppida erant, bello a Græcis superari aut in fide diu contineri possent [20]; quamquam maritimis opibus eædem Græcorum civitates diversis in partibus Ponti aliæ post alias validæ ac conspicuæ sunt factæ; primo ex patriis urbibus Milesii, mox etiam Megarenses, tum ex ipsis Ponticis Sinopenses, Heracleotæ, Byzantii, Cyziceni, alii. Romanorum multo infirmius semper Ponticum imperium manebat eam ob causam, quod non multum illis operæ unquam, ex quo maris quoque domini facti erant, in re navali collocandum videbatur; terrestri vero toto potiundi Ponti circuitu ne cupidi quidem videntur fuisse, satis habentes ab occasu limitem imperii munitum esse Istro flumine, in oriente fines imperii ac munimenta ad gentes Colchorum atque Heniochorum prolata, quæ loca nunc gentes Caucasiæ, Mingreli et Abchasi, tenent [21]. Ex Bosporanis Regibus primum posteritati proditum accepimus Eumelum, qui regnavit quinquennio, 309 — 305 a. Chr. n., imperium Ponticum ita, ut omnem Pontum in fidem suam ac potestatem redigeret, animo præcepisse. Verum conatui successus defuit propter maturam Regis mortem [22]. Mithridates, Ponti Rex, cui cognomen est Eupatori et Magno, pedestribus exercitibus æque ac navibus instructissimus, assecutus haud dubie esset, quod ingens inceperat regnum Ponticum sibi parare feris Ponti nationibus bello domandis, cultioribus Græcis civitatibus in fidem recipiendis voluntariamque deditionem, quam plurimæ earum iam libentius quam populi Romani amicitiam amplectetantur, nisi Romani, periculum veriti, quod unitis Ponti viribus rebus occidentis immineret, universis suis copiis pedestribus maritimisque, duce belli constituto felicissimo, obviam illi ivissent. Sic antiqua memoria cœptum quidem aliquoties imperium Ponticum institui, quo unius Principis vel civitatis in usum cunctæ Ponticæ utilitates converterentur, a nemine tamen valide aut constanter satis constitutum est. Nec posteriora sæcula viderunt illud. Quod vero antehac non factum in Ponto, poterit illud factum videre posteritas. Atque in omnium nunc conspectu est, quantopere omnibus Europæis Principibus populisque hac iam tempestate prohibendum sit visum, quominus magnum istud incrementum accrescat rebus Russicis. **)

ANNOTATIONES.

*) Prius eiusdem commentationis Ponticae specimen inest in libro, quem a. 1839 edidimus sub titulo: *C. Menn Meletematum Historicorum specimen duplex. I. De Alexandri Expeditionibus Oxanis. II. Propontiaca. Additae sunt duae tabulae geographicae, partis occidentalis mediae Asiae et Propontidis. Prostat Bonnae apud Ed. Weber.* (Novam eiusdem libri editionem curandam suscepit bibliopola Novesiensis, cuius prelis et haecce iamiam excuduntur, L. Schwann.) Quo quidem libro ex Ponticis nostris post brevem operae illisce rebus a nobis pridem navatae descriptionem singulorumque commentariorum argumenta in medium prolata est historia duarum a Graecis ad Propontidem conditarum urbium, Apameae, quae et Myrlea dicebatur, positae ad sinum Cianum (nunc Mudania vocatur), et Perinthi, urbis celeberrimae in ora Propontidis Europaea. — Ad studia autem ista nostra superiorum temporum, ac tantae quidem vetustatis — iam enim prope vicennium exactum est, ex quo commentarios illos de rebus Ponticis composuimus — ut nunc rediremus iterumque ex iisdem sumeremus aliquid, quod immutatum paene ederetur nec ullis fere maioris momenti rebus locupletatum, haudquaquam id eo factum est, quod tantum ipsi Ponticis nostris tribuendum opinemur, ut

non in perpetuum clausa cuncta in scriniis liceat iacere: — nam et melius multo iisdem de rebus posse scribi, et partes iam aliquas ab aliis longe doctius ac luculentius esse pertractatas, animo equidem profiteor libentissimo —: immo argumenti potius praecipua dignitas locorumque, de quibus illic studio saltem acerrimo egimus, natura insignis ingravescensque in dies propter res, quæ hoc ipso tempore ibi geruntur, celebritas incitamento nobis erat ad antiquas istas ac propemodum abiectas lucubrationes recolendas. — Ceterum haud indignum superius istud historicorum nostrorum meletematum specimen esse visum, quod legeretur a doctioribus, locupleti, et quo vix certius impertiri ullum poterit, testimonio nobis esse debebat, quod summus hoc tempore atque omnium consensu eminentissimus iudicatus doctorum, Alexander ab Humboldt, in Cosmo suo citavit quædam ex libro illo ad probandum aliquid eorum, quæ ipse disseruit. (Conf. ***Kosmos*** T. II. p. 425 annot. 82.) Quam ob rem haud admodum recusandum arbitrabar, quin eiusdem generis nunc alia quædam, perpauca quidem atque iterum quasi prolusoria, nec ita alta aut densa indagine, et quæ ipse quoque aliquanto perfectius vellem elaborata, in lucem proferrentur non adolescentibus tantum legenda ac studiosis literarum, sed etiam, quæ nunc sors est huiusce generis scriptionum scholasticarum, viris doctissimis universæ Germaniæ.

1) Sic Cicero ***Tuscul.*** I. 20 Argonauticorum facta mentione inter res maximopere mirandas refert, si quis ostium Ponti viderit „et eas angustias per quas penetravit ea, quæ est nominata Argo, quia Argivi in ea delecti viri,

Vecti petebant pellem inauratam arietis."

Nec mitius Horatii poetae de Ponti navigatione iudicium, cuius sunt notissima illa: „Navita Bosporum Pœnus perhorrescit" (*Carm.* II. 13. 14) et „Visam gementis litora Bospori" (II. 20. 14) et „Insanientem navita Bosporum tentabo" (III. 4. 29). Aliis simul atrox maris natura, simul accolarum feritas incusanda visa est; inter quos Ovidius ***Trist.*** IV. 4, 55 seqq.:

„Frigida me cohibent Euxini litora Ponti: Dictus ab antiquis Axenus ille fuit.
Nam neque iactantur moderatis aequora ventis, Nec placidos portus hospita navis adit.
Sunt circa gentes, quae praedam sanguine quaerant; Nec minus infida terra timetur aqua;"

et Pomponius Mela *de Situ Orbis* I. 18: „Hic iam se ingens Pontus aperit, nisi qua promontoria sunt, huc atque illuc longo rectoque limite extentus, sinuatus cetera —: atrox, nebulosus, raris stationibus, non molli neque arenoso circumdatus litore, vicinus aquilonibus, et quia non profundus (?) est, fluctuosus atque fervens; olim ex incolentium saevo admodum ingenio Axenus, post commercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus;" et Plinius *Natur. Hist.* IV. 12. 24 et VI. 1: „Pontus Euxinus ab inhospitali feritate Axenos appellatus."

2) Scite et apposite ad posteriora quoque tempora Polybius *Hist. IV. 40:* τοῦτο γὰρ ἴδιόν ἐστι τῶν νῦν καιρῶν, ἐν οἷς πάντων πλωτῶν καὶ πορευτῶν γεγονότων, οὐκ ἂν ἔτι πρέπον εἴη, ποιηταῖς ἢ μυθογράφοις χρῆσθαι μάρτυσι περὶ τῶν ἀγνοουμένων. ὅπερ οἱ πρὸ ἡμῶν πεποιήκασι περὶ τῶν πλείστων, ἀπίστους ἀμφισβητουμένων παρεχόμενοι βεβαιωτάς. πειρατέον δὲ, δι᾽ αὐτῆς τῆς ἱστορίας ἱκανὴν παριστάναι πίστιν τοῖς ἀκούουσι.

3) Vid. *Voyage de la Propontide et du Pont-Euxin par J. B. Lechevalier* (Paris 1800) p. 385. Quo ex libro sumpsi etiam plurimam partem ceterorum, quæ de Ponti navigatione dicam.

4) Polyb. IV. 41 — — τοῦ δὲ μὴ παρ᾽ αὐτὴν συνίστασθαι τὴν γῆν, ἀλλ᾽ ἐπὶ τὸ πολὺ προωθεῖσθαι τὸν χοῦν, ταύτην νομιστέον εἶναι τὴν αἰτίαν. ἐφ᾽ ὅσον μὲν γὰρ αἱ ῥύσεις τῶν ποταμῶν διὰ τὴν βίαν τῆς φορᾶς ἐπικρατοῦσι καὶ διωθοῦνται τὴν θάλατταν, ἐπὶ τοσοῦτο καὶ τὴν γῆν καὶ πάντα τὰ φερόμενα τοῖς ῥεύμασιν ἀνάγκη προωθεῖσθαι, καὶ μὴ λαμβάνειν μονὴν μηδὲ στάσιν ἁπλῶς. ὅταν δὲ διὰ τὸ βάθος ἤδη καὶ πλῆθος τῆς θαλάττης ἐκλύηται τὰ ῥεύματα, τότ᾽ εἰκὸς ἤδη, κατὰ φύσιν φερόμενον κάτω, μονὴν καὶ στάσιν λαμβάνειν τὸν χοῦν.

5) Chersonesus Thraciae, paeninsula duodecim oppidis olim ornata — tot enim enumerat Scylax Caryand. *Peripl.* in Geogr. Minor. ed. Hudson T. I. p. 28 — et longis muris, a Melane sinu ad Propontidem ductis, munita; cuius aditum quondam clausum tenebat civitas Cardianorum; de qua loci natura sic Demosthenes *in Aristocr.* p. 681· ὥσπερ Χαλκὶς τῷ τόπῳ τῆς Εὐβοίας πρὸ τῆς Βοιωτίας κεῖται, οὕτω Χεῤῥονήσου κεῖται πρὸ τῆς Θρᾴκης ἡ Καρδιανῶν πόλις. Postea in radice paeninsulae condita Lysimachia; de cuius situ vid. Pomp. Mela II, 2, et Plinius *Nat. Hist.* IV. 11, 18: „Lysimachia iam in Chersoneso. Alius namque ibi Isthmos —. Illustrant duae urbes utrinque litora, — Pactye a Propontide, Cardia a Melane sinu, utraeque comprehensae postea Lysimachia quinque mill. pass. a Longis muris."

6) Chersonesus Taurica sive Cimmeria, nunc pars celebratissima imperii Russici, dicta Krim; in qua Graeci olim complura oppida incolebant. Scylax Caryand. *Peripl.* p. 29: ἐν δὲ τῇ Ταυρικῇ οἰκοῦσιν Ἕλληνες οἵδε. Χεῤῥόνησος ἐμπόριον, Κρ. ου μέτωπον ἀκρωτήριον τῆς Ταυρικῆς. μετὰ δὲ ταῦτά εἰσι Σκύθαι πάλιν, πόλεις δὲ Ἑλληνίδες αἵδε· Θευδόσία, Κύταια, καὶ Νύμφαια, Παντικάπαιον, Μυρμήκιον. Ex quibus nobilissimae Chersonesus Heraclea, nunc Sebastopol, Theodosia, nunc Feodosia sive Caffa, Panticapaeum, nunc Kertsch. In isthmo nunc positum oppidum munitum

Perecop; olim fuere Taphrae, vel nomine indicante, fossis ductis (fossam enim, τάφρον, Jonii pronuntiabant τάφρην) isthmum fuisse defensum pæninsulamque a continenti diremtam. — De natura isthmi: Strab. VII. p. 308 ed. Cas. — ὁ ἰσθμὸς ὁ διείργων τὴν Σαπρὰν λεγομένην λίμνην ἀπὸ τῆς θαλάττης σταδίων τεσσαράκοντα καὶ ποιῶν τὴν Ταυρικὴν καὶ Σκυθικὴν λεγομένην Χεῤῥόνησον. οἱ δὲ τριακοσίων (?) ἑξήκοντα τὸ πλάθος τοῦ ἰσθμοῦ φασιν. Mela II. 1: „Subit ripam mare et, donec quinque millia passuum absit a Maeotide, refugientia usque subsequens litora, quoad Satarchae et Taurici, paeninsulam reddit. Quod inter paludem et sinum est, Taphrae nominatur. Sinus Carcinites". — Plinius *Nat. Hist.* IV. 12, 26 (85): — — „a Carcinite Taurica incipit, quondam mari circumfusa et ipsa, quaqua nunc iacent campi; deinde vastis attollitur iugis. — In ora a Carcinite oppida Taphrae, in ipsis angustiis paeninsulae, mox Heraclea. — (87) Per Mæotim ab extremo isthmo, qui locus Taphrae vocatur, ad os Bospori CCLX M. pass. longitudo colligitur. A Taphris per continentem introrsus tenent Auchetæ — —; at per oram ad Tanaim usque Mæotæ." Isthmum quondam etiam longis muris ac turribus munitum fuisse ad prohibendas Scytharum incursiones, narrat Strabo p. 311 his verbis: καθάπερ Ἄσανδρον — Asander ille regnavit in Bosporo post Mithridatem Eupatorem, pulso Pharnace Mithridatis filio; conf. Appian. *Mithrid.* 120; Strab. XIII. p. 625 — ποιῆσαί φησιν Ὑψικράτης, ἀποτειχίσαντα τὸν ἰσθμὸν τῆς Χερρονήσου τὸν πρὸς τῇ Μαιώτιδι — ἐπιστήσαντα πύργους καθ᾽ ἕκαστον στάδιον (?) δέκα.

7) Est illud *Sebastopol.* Antiqui oppidi situm ita describit Strabo Geogr. VII. p. 308 C. (474 A. T. II. p. 35 ed. Kramer): ἔκκειται ἐπὶ τὴν μεσημβρίαν ἄκρα μεγάλη, μέρος οὖσα τῆς ὅλης χεῤῥονήσου, ἐφ᾽ ᾧ ἵδρυται πόλις Ἡρακλεωτῶν, ἄποικος τῶν ἐν τῷ Πόντῳ, αὐτὸ τοῦτο καλουμένη Χεῤῥόνησος. — — μεταξὺ δὲ τῆς πόλεως καὶ τῆς ἄκρας λιμένες τρεῖς. Plin. *Nat. Hist.* IV. 12, 26 (86): „Heraclea Cherronesos libertate a Romanis donatum. Megarice vocabatur antea, præcipui nitoris in toto eo tractu, custoditis Græciæ moribus, quinque millia pass. ambiente muro." Eadem etiam temporibus Imperatorum Byzantinorum maxima erat ac florentissima urbs Tauricæ, docente imprimis Constantino Porphyrog. *De Administr. Imp.*; quo in libro permultis locis eius urbis fit mentio, et cap. 53 toto (ed. Ven. 1729 p. 117 — 126) historia Chersonis enarratur.

8) Plin. *N. H.* VI. 4. (13); Strab. XI. p. 448 C. (761 A. T. II. p. 438 ed. Kr.): Φᾶσις, μέγας ποταμὸς — ἀναπλεῖται δὲ μέχρι Σαραπανῶν, ἐρύματος δυναμένου δέξασθαι καὶ πόλεως συνοικισμόν. ὅθεν πεζεύουσιν ἐπὶ τὸν Κῦρον ἡμέραις τέτταρσι δι᾽ ἁμαξιτοῦ. ἐπίκειται δὲ τῷ Φάσιδι ὁμώνυμος πόλις, ἐμπόριον τῶν Κόλχων, τῇ μὲν προβεβλημένη τὸν ποταμόν, τῇ δὲ λίμνην, τῇ δὲ τὴν θάλατταν. Scylax Caryand. *Peripl.* in Geogr. Min. ed. Huds. T. I. p. 32: Φᾶσις ποταμὸς καὶ Φᾶσις πόλις Ἑλληνὶς, καὶ ἀνάπλους ἀνὰ τὸν ποταμὸν σταδίων ρπ´, εἰς πόλιν Μάλην (Voss. scr. Κύταιαν) μεγάλην βάρβαρον, ὅθεν ἡ Μήδεια ἦν. Nunc eodem loco stat oppidum munitissimum *Poti.*

9) Strab. VII p. 311. C. (479 A. T. II. p. 40 ed. Kr.): ἐντεῦθεν ἦν τὰ σιτοπομπεῖα τοῖς Ἕλλησι. — Λεύκωνα δέ φασιν ἐκ τῆς Θεοδοσιας Ἀθηναίοις πέμψαι μυριάδας μεδίμνων διακοσίας καὶ δέκα. Theodosiae huic in eodem tractu successisse Caffam, emporium hodieque celebre mercatura, maxime frumentaria, tralaticium est. Conf. Fr. A. Wolf ad Demosth. *Leptin.* c. 27 p. 467.

10) De mercibus Ponticis ex antiquis scriptoribus videndus imprimis Polybius *Histor.* IV. 38, ubi de rebus, quæ universo ex Ponto a Græcis evehi et rursus cunctas in Ponti partes e Græcia importari solebant, summatim fere quemadmodum a nobis supra relatum est, scriptum reperies. Nostra memoria quae rerum species importari vulgo in Pontum, quæ inde exportari soleant, notum omnibus est ex iis quæ leguntur in ephemeridibus tam politicis quam mercatoriis et in compendiis geographicis. Consultius eam rem tractatam invenimus apud Lechevalier l. l. p. 388, M. Guthrie *A Tour through the Taurida* (Lond. 1802) p. 282 — 305, ubi diligentissime dictum est tum de universis mercibus Ponticis, tum de singulis rerum generibus, quæ ex singulis portubus solent exportari; et in libello *Notes statistiques sur le littoral de la Mer noire relatives à la géographie, à la population et à la navigation et au commerce, par le Cte. L. S.* (Serristori) *Vienne 1837.* De piscibus Ponticis ac de negotiatione piscatoria veterum docte nuper disseruit Köhler in libro Ταριχος inscripto, *ou sur l'histoire et les antiquités des pêcheries de la Russie méridionale. Petersbourg 1832.* — Ex iis, quos post hæc eandem rem scriptis complexos esse novi, addam unum, quem talium rerum constat fuisse peritissimum, Hüllmann, *Handelsgeschichte der Griechen* (Bonn 1839) p. 144 — 154.

11) Scriptores veteres, quotquot de Chersoneso hac memoravere, omnes pleni sunt laudum eius terræ. Ex plurimis igitur testimoniis suffecerit unum enotasse. Thucyd. I. 11 arguit ipsis heroicis temporibus Græcos iam colendis Chersonesi agris incubuisse; quippe Troiam obsidentes plurimam commeatuum partem sibi paravisse non depraedandis solum locis vicinis, sed etiam colendis agris Chersonesi, πρὸς γεωργίαν τῆς Χερσονήσου τραπόμενοι.

12) Thucyd. I. 138 memorans, quæ res nota omnibus est, Themistocli urbem Lampsacenorum ab Artaxerxe

rege Persarum dono datam, *ἐδόκει γὰρ*, ait, *πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι.* Diodor. Sic. IX. 57 eandem rem enarrans, *Λάμψακον δὲ*, inquit, *ἀμπελόφυτον ἔχουσαν χώραν πολλήν, εἰς οἶνον*, sc. *ἐδωρήσατο* Rex Themistocli.

13) Strab. XIII. p. 591 C. (884 A. T. III. p. 20 ed. Kr.) *ὑπέρκειται δὲ τῆς τῶν Ἀβυδηνῶν χώρας ἐν τῇ Τρῳάδι τὰ Ἄστυρα, ἃ νῦν μὲν Ἀβυδηνῶν ἐστι — χρυσεῖα ἔχοντα, ἃ νῦν σπάνιά ἐστιν ἐξαναλωμένα, καθάπερ τὰ ἐν Τμώλῳ τὰ περὶ τὸν Πακτωλόν.*

14) In pæninsula, quam nunc Taman vocant, olim Phanagoria dicta, etiam copiosas ferri structuras nuper invenerunt. Vid. *Preuss. Staatszeitung*, 19. Febr. 1835, scr. Petrop. 11. Febr. Nec dubium est quin in multis aliis Ponti partibus larga nunc lateant metalla. Velut nuc praecipue memorabiles ac navigantibus magnopere expetitae venae sunt carbonum fossilium, patefactae nuper in agro Heracliensi, tanta ubertate, ut plurimae parti navium vaporum impulsu sese moventium, quae in Ponto hac tempestate navigant quamplurimae ac vastissimae, sufficientem praebere possint materiem. Salinas ac salsamenta Taurica sive Mæotica in antiquitate quaestuosissima ac quaesitissima fuisse, cognoveris ex Demosth. *adv. Lacrit.* p. 933, 934; Strab. XI. p. 493 C., VII. p. 312; Athenaeo *Deipnosoph.* IX. 1.; III. 85.

15) Strab. XI. p. 498 C. *ἀγαθὴ δ' ἐστὶν ἡ χώρα καὶ καρποῖς — καὶ τοῖς πρὸς ναυπηγίαν πᾶσι. — — ἡ δὲ λινουργία καὶ τεθρύληται. καὶ γὰρ εἰς τοὺς ἔξω τόπους ἐπεκόμιζον.*

16) Haud alienum videtur addere his pauca ex iis, quae de navium in Ponto aedificatione doctissimus quondam (ante 150 fere annos) observavit peregrinator Tournefort *Voyage du Levant, Lettre 16: „Les côtes de la mer Noire fournissent abondamment tout ce qu'il faut pour remplir les arsenaux, les magasins et les ports du Grand-Seigneur. Comme elles sont couvertes de forêts et de villages, les habitans sont obligés de couper les bois pour la marine et de les scier. Quelques-uns travaillent aux clous, les autres aux voiles, aux cordes et agretz nécessaires. On met des janissaires qui ont inspection sur ces ouvriers, et il y a des commissaires pour lever les équipages. C'est de là que les sultans ont tiré leurs plus puissantes flottes dans le temps de leurs conquêtes, et rien ne serait plus aisé que de rétablir leur marine. Le pays est excellent; il abonde en vivres, comme bled, riz, viande, beurre, fromage; et les gens y vivent très-sobrement."*

17) De viis, quibus a Ponto in Armeniam mercatorum catervae copiaeque armatorum proficisci nunc solent, vid. Beaujour *Voyage militaire dans l'Empire Othoman* (Paris 1829) Vol. II. p. 194 sqq. (*Livre VI, c. 10. Des routes qui traversent l'Asie mineure et les lignes de l'Euphrate et du Tigre.*) Mercatoribus Gallicis de duplici ista commerciorum Ponticorum via egregie praeceptum vid. instructione ministeriali, quam vocant, inserta diario publico *Moniteur universel* d. 14. Dec. 1833.

18) De amnium Caucasiorum, Phasidis et Cyri, navigatione testimonia veterum, Scylacis, Strabonis, Plinii, iam supra n. 8 retulimus. De consiliis recentiori memoria agitatis Phasidis iungendi cum Cyro vid. docte disserentem Rottiers *Itinéraire de Tiflis à Constantinople* (Bruxelles 1829) p. 97. Monet ille Cyri amnis naturam non sinere navibus eo vehi supra confluentem cum eo Araxem; immensis tamen operibus, quae iam fuerint instituta, fieri posse, ut 100 verstis ultra possit navigari. Quod Plinius (H. N. VI. 11 [31]) a Claudio Caesare proditum memorat, Nicatorem Seleucum cogitasse perfodere quantum navibus non pervium spatium est inter Caspium mare atque Euxinum, id negat ille pertinere ad coniunctionem fluminum Cyri et Phasidis. *„Si les vues de ce grand monarque,* ait, *ont été tant soit peu réfléchies, elles se seront portées, comme celle d'un prince moderne non moins illustre, sur le Don et le Volga."* Petrum I. Imp. Russ., a. 1696 opus illud instituendum commisisse architecto Germano Breckell; quo operam deserente, curam operis mandatam esse Britano Joanni Perry; rem vero bellorum causa esse dilatam.

19) De veterum Indicis commerciis per Pontum factis plura quidem, quam hic a nobis relata sunt, veteres scriptores prodidere, sed plurimam partem incerta vel manca; partim auctores ipsi a se dissentiunt. Quo ex genere sunt, quae prodit Strabo *Geogr.* II. p. 73 Cas. *Ὦξον δὲ τὸν ὁρίζοντα τὴν Βακτριανὴν ἀπὸ τῆς Σογδιανῆς οὕτω φασὶν εὔπλουν εἶναι ὥστε τὸν Ἰνδικὸν φόρτον ὑπερκομισθέντα εἰς αὐτὸν ῥᾳδίως εἰς τὴν Ὑρκανίαν κατάγεσθαι καὶ τοὺς ἐφεξῆς τόπους μέχρι τοῦ Πόντου διὰ τῶν ποταμῶν.* Quod dubium est utrum de Oxo flumine, quod nunc in paludem Aral influit (Amu), et Russicis amnibus Volga et Don dictum sit, an de Ochi (Tedjen) vel eiusdem illius Oxi, uno ostio antiquitus in mare Caspium perfluentis, et Cyri atque Phasidis navigatione. Utut est, monstrant tamen affatim, quæ hic a Strabone relata sunt, navigabilem quondam patuisse mercibus Indicis in Pontum viam, haud ita multo interiecto terrestri itinere. — Ex recentioribus omnium acutissime hunc locum tractasse mihi videtur Malte-Brun *Précis de la géographie universelle* 2. ed. T. I. p. 209.

20) Luculentum infirmitatis eius, qua Graecae civitates adversus barbaras nationes accolentes laborabant, exemplum monstrat Polybius IV. 45 memorans de Byzantiorum, mari tum validissimae civitatis, continuis bellis cum vicinis Thraciae gentibus: *ἀΐδιον ἔχουσι πόλεμον καὶ δυσχερῆ πρὸς τούτους. οὔτε γάρ, παρασκευασάμενοι, καὶ κρατήσαντες αὐτῶν*

εἰσάπαξ, ἀποτρίψασθαι τὸν πόλεμον οἷοί τε εἰσί, διὰ τὸ πλῆθος τῶν ὄχλων καὶ τῶν δυναστῶν. ἐάν τε γὰρ ἑνὸς περιγένωνται, τρεῖς ἐπιβαίνουσιν ἐπὶ τὴν τούτων χώραν ἄλλοι βαρύτεροι δύνασται. κ. τ. λ.

21) Ultima Romanorum in orientali Ponti litore castella erant Sebastopolis, in finibus Colchorum haud procul ab eo loco condita, ubi prius steterat Dioscurias, ex Graecis in Colchide urbibus florentissima quondam et frequentissimum Colchorum emporium; et ultra Sebastopolin duorum dierum itinere Pityus, in finibus Heniochorum sive Achaeorum, nunc Pitzunda dicta.

1. De situ Sebastopolis: Strab. XI. p. 497 C. *Διοσκουριὰς — μυχός τε τοῦ Εὐξείνου λέγεται καὶ ἔσχατος πλοῦς. — ἀπό γε τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς πόλεως*, a Phaside amne et urbe, *οὐκ ἐλάττων ἑξακοσίων σταδίων λείπεται πλοῦς ἐπ' εὐθείας εἰς τὸν μυχόν.* quo ultimo in maris angulo est Dioscurias; *ἡ δ' αὐτὴ Διοσκουριάς ἐστι — καὶ ἐμπόριον τῶν ὑπερκειμένων καὶ σύνεγγυς ἐθνῶν κοινόν.* Id. p. 499. c. *περὶ δὲ τὴν Διοσκουριάδα ῥεῖ ὁ Χάρης ποταμός.* Plin. *N. H.* VI. 4 (14): „Castellum Sebastopolis a Phaside centum M. passuum." 5 (15): „Reliqua litora ferae nationes tenent, — urbe Colchorum Dioscuriade iuxta fluvium Anthemunta nunc deserta, quondam adeo clara, ut Timosthenes in eam CCC nationes dissimilibus linguis descendere prodiderit; et postea a nostris CXXX interpretibus negotia ibi gesta." Diversa igitur antiqua Dioscurias a Sebastopoli, castello Romano; non tamen magno distabant intervallo, ut apparebit, si numeros ex Strabone et Plinio relatos computaveris. Strabo enim quum scripserit Dioscuriadem a Phaside sexcenta stadia abesse recta navigatione, tertiam fere partem, i. e. alia ducenta stadia, addas oportebit, ratione habita anfractuum viae terrestris; et convenient prope ex utraque computatione intervalla; centum enim M. passuum, quibus Plinius Sebastopolim castellum a Phaside abesse dicit, ipsa sunt octingenta stadia. Condita autem Sebastopolis, quum Strabo eius nullam fecerit mentionem, deserta interim Dioscuriade, post Strabonis aetatem, i. e. post Octavianum Augustum, ante Plinii tempora, a quo tamen Augusto, incertum. Traianus Imp. qui limites imperii usque quaque protulit ac firmavit, Sebastopolin quoque resuscitavit, antiquo simul Dioscuriadis nomine restituto, teste Arriano in *Periplo Ponti Euxini* p. 11., qui docet idem, eum tunc finem imperii Romani fuisse (p. 18). Ptolemaeus *Geogr.* V. 20. in locis Colchicis maritimis omnium maxime versus septentriones positam refert „Dioscuriam, quae et Sebastopolis" 71° 10' long. 46° 45' lat. Phasis civitas ib. collocatur 72° 30' long. 44° 45' lat., et Phasis fl. ostia 72° 30' long. 45° lat. Claritatem urbis tempore Hadriani testatur inscriptio lapidis ad statuam Hadriani Imp. pertinentis, quam Sebastopolitae ex Ponto Athenis in Olympieo collocandam curavere per legatos Capitonem, Scipionem et C. Postumium. (Repertus est titulus Athenis ad Olympieum in basi magna, ed. Muratori T. II. p. 1800. 1, et Boeckh *C. Inscr.* V. I. n. 342.) Sunt vero qui putent id decretum non Colchicorum esse Sebastopolitarum — inscripta sunt verba *Σεβαστοπολειτῶν τῶν ἐν τῷ Πόντῳ ἡ βουλὴ καὶ ὁ δῆμος* —, sed Sebastopolis mediterraneae Ponti civitatis; inter quos etiam Eckhel *Doctr. Num.* T. II. p. 357; verum haud satis certis usi illi argumentis. Ad Sebastopolin usque etiam viam quondam a Romanis stratam fuisse Ponticam, ostendit Tabula Theodosiana, in qua praeterea vestigia quaedam apparent itineris eius, quo olim a Sebastopoli et e Colchis in Iberiam et Armeniam proficiscebantur. (*Tab. Peuting.*: „Sebastopoli 15 M. P. Ex. ad fontem felicem; 45 M. ad Mercurium; 5 Caspiae" — i. pylae s. portae. Inde a Caspiis ad Artaxata sex notantur stationes. De hac parte Tabulae Theod. observavit quaedam Valkenaer *Mémoire sur les dénominations de Portes Caspiennes, Caucasiennes, Sarmatiennes et Atbaniennes, appliquées aux défilés de la chaine du Caucase,* in *Mém. de l'Acad. Roy. des Inscr.* T. VII. 1824. pag. 219, 228.) Ceterum Sebastopolis ad Justiniani tempora defensa memoratur praesidiis Romanis, Justinian. *Novell. Constit.* 28, Procop. *de Bello Gotth.* IV. 4. *Notitia utraque Dignitatum,* scripta circa a. 450, c. 150 sub duce Armeniae, et sub Praefectura legionis primae Ponticae Trapezunte, memorat Sebastopoli positam cohortem primam Claudiam Equitatam. Et medio aevo, quum Itali litora Pontica commerciorum causa frequentarent, celeberrimum huius litoris emporium vetustae Italorum tabulae maritimae commemorant Savastopoli (conf. Potocki *Mémoire sur un nouveau Périple du Pont-Euxin,* ed. 1795, it. ed. Klaproth in Potocki *Voyage dans les steps d'Astrachan* etc. Paris, 1829 Vol. II.); hodieque ibi locus est, quem appellant Iskuria, nomine significante, memoriam urbis antiquissimae nullo tempore prorsus fuisse omissam. Eodem loco vel paulo inde remotum, ubi olim Sebastopolis et Dioscurias fuere, nunc est castellum cum vico, nomine Sukum-Kale. (Conf. Klaproth *Tableau du Caucase.* Paris 1827, p. 9.) Beaujour *Voyage militaire dans l'Emp. Oth.* T. II. p. 17 prope vicum Sukum-Kale, ad ostia fluminis parvi iacere refert reliquias urbis antiquae, quam vulgo existiment vetustam esse Dioscuriadem; *„à moins que l'on n'aime mieux placer cette ville autour d'une vieille enceinte abandonnée, que l'on trouve au sommet d'une montagne escarpée, entre Soukoum-Kaleh et le village de Saouk-Sou, et qui doit avoir été très-solidement construite, puisque les murailles en existent encore."* De situ antiquae Sebastopolis pluribus agit Gail *Adnot. in Arrian. Peripl.* p. 101, et ipse collocat eam iuxta hod. Sukum-Kale, ad septentrionem promontorii Iskuria.

2. De situ Pityuntis: Strabo XI. p. 496 C. ex Artemidoro referens intervalla locorum, a Bosporo Cimmerio

initio ducto, post alia τὴν τῶν Ἀχαιῶν dicit esse σταδίων πεντακοσίων, tum Heniochorum oram χιλίων, εἶτα τὸν Πιτυοῦντα τὸν μέγαν τριακοσίων ἑξήκοντα μέχρι Διοσκουριάδος. abesse igitur Pityunta a Sebastopoli 360 stadia, i. e. 45 M. pass. vel 9 mill. geogr. Plinius *Nat. Hist.* VI. 5 (16): „In intimo eo tractu Pityus oppidum opulentissimum ab Heniochis direptum est." Memoratur post Dioscuriadem, a qua tamen quantum distet, no· adscriptum est. Arrianus in *Periplo* suo ad Hadrianum Imp. scripto locum commendat Imperatori propter stationis opportunitatem; cui commendationi egregiam Princeps fidem habuisse videtur, siquidem post haec constat Pityuntem communitam ab Romanis, idoneo imposito praesidio, pro Sebastopoli extitisse terminum imperii; ita tamen, ut regio interiecta inter utrumque castellum non omnis, vel non omni tempore, ditionis esset Romanae. Sub Valeriani et Gallieni principatu Borani, gens Gotthica, navibus e Bosporo Cimmerio profecta, Pityuntem, muro maximo circumdatam et portum commodissimum habentem (τῷ Πιτυοῦντι πρώτῳ προσέβαλλον, τείχει τε μεγίστῳ περιβεβλημένῳ καὶ λιμένα εὐορμότατον ἔχοντι, sunt verba auctoris, Zosimi *Histor.* I. 32) duabus expeditionibus adorti, prima quidem, frustrato impetu, Succesiano, duce praesidiariorum, locum strenue defendente, in Bosporum reverti coacti sunt. Quum vero Valerianus Imp. Succesianum Pityunte avocavisset, ut cum ipso bellum Persicum administraret, denuo barbari, sumtis a Bosporanis navibus, transiecerunt, nemine Ponticorum id novum bellum expectante; ac tunc Pityuntem facili negotio ceperunt (ἑλόντες ῥᾷστα τὸ φρούριον), praesidiariisque interfectis, pergunt ulterius, alia Ponti litora vastantes. Conf. Gibbon *Hist. of the decline* etc. c. 10. n. 105. Non multo vero post denuo Romani Pityuntem praesidiis firmavere. Justinianus Imp. *Novell. const.* 28., quae est *de Moderatore Helenoponti,* quaque duae Ponti provinciae, Helenopontus et Pontus Polemoniacus, in unam coniunguntur, postquam civitates eius provinciae nominavit, numero tredecim, inter quas maritimae sunt quinque, Sinope, Amisus, Polemonium, ·rasus et Trapezus: „Pityus et Sebastopolis", addit, „inter castra potius quam civitates numerandae sunt". Itaque Pityus et Sebastopolis munita tunc oppida ac praesidiis Romanis defensa erant, sed neutri quicquam agri aut vicorum adscriptum, quamobrem ad honorem civitatum adspirare potuissent. Civitates enim, quibus distinctae erant provinciae Romanae, longinqua complectebantur territoria multorum minorum oppidorum ac vicorum; atque ipsae sedes quaedam et quasi centra erant administrationis tum vectigalium tum iuris dicundi. Ita vero militaria tantum loca oppida ista Colchica et Justiniani Imp. aetate et iam longo ex tempore fuisse, docet praeterea rerum eiusdem temporis auctor Procopius *Gotth.* IV. 4, cuius verba, quae ad hunc locum pertinent maxime, attexam: — μοῖραν δὲ τῆς παραλίας Ῥωμαῖοι ἐκ παλαιοῦ ἔσχον. φρούριά τε δειμάμενοι ἐπιθαλασσίδια δύο Σεβαστόπολίν τε καὶ Πιτυοῦντα, δυοῖν ἡμέραιν ὁδῷ ἀλλήλων διέχοντα, φρουρὰν ἐνταῦθα τὸ ἐξ ἀρχῆς κατεστήσαντο. — νῦν δὲ μόνα τὰ δύο ταῦτα φρούρια ἐλέλειπτο σφίσιν. — Medio aevo Itali hoc quoque loco oppidum munitum habebant, nomine paene antiquo Pizonda, quae hodieque est appellatio urbis bene munitae atque egregio portu ornatae. Vid. Potocki *Voyage* etc. Vol. II. p. 373. Addendum, quod itineratores recentiores referunt, regione eadem illa Abchasiae, ubi radices Caucasi montis proxime ad mare accedunt, et quo loco nunc est oppidum Pitzunda, reliquias conspici munitionum, cuiusmodi olim Romani aedificare solebant ad limites imperii tutandos. Quem Caucasium murum conditum vere dixeris ad claudendum populis a septentrione accolentibus transitum in Mingreliam et Colchos. Conf. Lamberti *Relation de la Colchide ou Mingrélie* apud Theuenot *Relation de divers voyages curieux* (Paris, 1666 fol.) Vol. I. p. 44; d'Ohsson *Des Peuples du Caucase et des pays au nord de la mer Noire* (Paris, 1828) p. 8 — 12, et not. VII. p. 160 — 164. De muro Caucasio, cuius pars videtur fuisse murus iste apud Pitzunda superstes, docte disseruit Th. S. Bayer in *Comment. Acad. Scient. Petrop.* Vol. I. (1728) p. 428—437.

22) Diodor. Sic. XX. 24 — — καθόλου δ' ἐπεχείρησε πάντα τὰ περὶ τὸν Πόντον ἔθνη καταστρέφεσθαι, καὶ τάχα ἂν ἐκράτησε τῆς ἐπιβολῆς, εἰ μὴ σύντομον ἔσχε τὴν τοῦ βίου τελευτήν. Ceterum dominatio, quam Eumelus circa Ponti litora condere parabat, pacata quaedam et accommodata potissimum erat ad gentium barbararum direptiones coercendas; quo bellorum genere feliciter gestorum plurimas iam ille civitates Graecas Ponti voluntate deditas tenebat. Βυζαντίους μὲν γάρ, dicit Diodorus, καὶ Σινωπεῖς καὶ τῶν ἄλλων Ἑλλήνων τῶν τὸν Πόντον οἰκούντων τοὺς πλείστους διετέλεσεν εὐεργετῶν.

*) Haud Oedipi quidem ars fuit, quindecim abhinc annis praesagire, ingentibus quondam viribus atque unitis prope universae Europae occidentalis exercitibus decertatum iri cum adulta Russorum potentia de imperio Pontico. Ad quod in Ponto quondam gerendum bellum pertinet pars eorum, quae praefatus sum priori horum commentariorum specimini, edito illi a. 1839, quae, si modo mea haecce placuerint, adire haud molestum erit (p. VI. et VII). Longe tunc alia erat rerum conditio. Invictus Russiae Imperator Principi Infidelium laboranti tum maxime propter Aegypti defectionem auxilia ostentabat contra Satrapen rebellantem et, qui initio favere rebellibus viderentur, Britannos atque Francos. Nunc aliter sese res habent; at consilia tamen periculaque, quae tunc ad arma capienda occidentem simul atque orientem movebant, haudquaquam diversa erant ab iis, propter quae hodie in Ponto bellum geritur; atque eaedem fere nunc sunt causae, quibus olim, bis mille et ducentis abhinc annis, Philippo, Macedonum rege, omnibus viribus appetente Byzantium, Athenienses simul cum universa prope Graecia, simul Persae commoti sunt ad auxilia portanda Byzantiis, τοῦ κινδύνου πλησίον ὄντος, εἰ χειρωθήσεται Βυζάντιον, ut est in *Orat. adv. Epist. Philippi* p. 153.

II. EX COMMENTARIO DE REBUS CHERSONESI THRACIÆ.

QUÆSTIO ETYMOLOGICA DE NOMINIBUS CHERSONESI ET BOSPORI.

— — Expositis quæ dici necesse nobis visum est de consilio huius scriptionis et de ratione ac via, quam sequendam in geographica eius parte ducimus, convertamus nos ad descriptionem Chersonesi. Verum sicut omnis generis quæstio inde debet initium sumere, ut, nisi pateat ac constet omnibus, plane exponatur, quid nomine rei, de qua agitur, significetur, sic nos quoque descriptionem nostram auspicabimur ab explicatione nominis Chersonesi. Constat quidem notumque est omnibus, Chersonesi nomine Græcos appellare pæninsulam, nomine composito ex vocabulis νῆσος et χέρσος sive χέῤῥος, quorum illud ex nandi verbo, νεῖν, ductum insulam, quasi nantem quandam terram, alterum simpliciter terram, nulla assumta alterius rei notione, significat; proprie igitur Chersonesum esse insulam terræ iunctam, sive terram maiori suo circuitu formam insulæ habentem. Atque hæc sufficeret nominis explicatio, aut potius ea vix opus fuisset, ne dicam inter doctos, ne apud mediocriter eruditos quidem, si de utriusque simplicium verborum, unde compositum est Chersonesi nomen, origine ac natura æque nobis constaret ac de compositione nominis. Nempe primitivum illud χέρσος quæri potest num ab origine vox fuerit propria linguæ Græcorum, nata quodammodo cum ipsa gentis mente adolescente, quum homines μέροπες esse atque sensibus animisque impressa et cogitata articulatim eloqui cœperint atque consueverint. Alia enim et longe usitatior appellatio terræ est γῆ, quæ vox et γαῖα et αἶα, levi soni tantum discrimine, pronuntiatur; sive terram ut firmam materiem aëri opponis, sive aquæ ac mari; nec eidem significandæ rei principiis quidem linguarum plus uno solet vocabulo inservire; nisi forte una res plures habet species sive notiones, eæque plurium oppositarum rerum respectu, quo rectius diversæ eiusdem rei affectiones percipiantur ac dignoscantur inter se, pluribus vocibus significandae videntur; velut terram Græci, quam modo, aërem vel aquam vel mare si opposita terræ respexeris, promiscue dici γῆν monuimus, eandem, ratione habita eorum, quæ subter terra, item eorum, quæ supra in cœlo sunt, χθόνα appellant; item si terram significare velint patentem, loca terræ aperta, opposita oppidis seu locis circumclusis atque habitatis, vulgo dicunt χώραν. Quare, si genuina Græca vox χέρσος habenda videatur, necesse est certum aliquod discrimen interesse inter hanc et unam alteramque aliarum vocum, quibus inter ipsa primordia linguæ Græcos terram significasse constat; ut genere quidem idem eæ omnes ab initio significaverint, specie autem diversa. Quod quidem si probari posse videretur, et ad grammaticam distinctionem omnis quæstio recurreret, mallemus eam omittere et dubitationem hanc penitus diiudicandam relinquere grammaticis, quam altius repetere res, quæ nos a proposito longius abducunt. At vero si illud non datur, ac si probabilius videbitur, vocem χέρσος non habendam esse genuinam aut ab origine domesticam apud Græcos, sed aliunde derivatam et usu demum factam esse domesticam: tum quæstio hæc etymologica non ad grammaticam solum, sed etiam ad historiam pertinet et multum habet cum nostro proposito coniunctionis. Repetendum enim nomen erit a peregrina aliqua gente; quam, ubi origo nominis potuerit demonstrari, hac ipsa re, quod nomen ab ea regioni inditum, sedes ibi quondam habuisse iudicemus oportebit. Atque eo iucundius fructuosiusque tum fuerit, in ipso introitu paulisper etiam nunc haesitasse, quod simul perspicuum ac luculentum, si modo contigerit nobis rem plane monstrare, fuerit illud exemplum et quasi novum quoddam documentum, quo possit ostendi, quanta sit omnium doctinarum inter se coniunctio, utque una non possit stare sine aliis. Nam grammatica et etymologia hic viam nobis monstrabunt ad memoriam rerum patefaciendam obscuraque hominum et fabulis involuta fata temporum primordi-

alium aperienda. Nec tamen talibus in rebus temere censeo versandum esse, nec, quo quælibet soni similitudo literarumque vel apertus consensus duxerit, eo continuo sequendum, aut, nisi plura convenerint, pro certo quidquam pronuntiandum. Quamobcausam non pergerem insistere huic quæstioni, nisi, quæ mihi voces comparanti unius ex linguis gentium illarum, quibuscum Græcis summa vetustate multum fuisse commercii notum est, in mentem venit de origine nominis, de quo quærimus, opinio, pluribus eam rebus intelligerem confirmari.

Namque in mentem mihi venit, a Phœnicibus posse vocem *χέρσος* ad Græcos pervenisse, et usu antiquisima gentis Græcæ ætate tritam in vulgarem quoque sermonem esse receptam, Cananitis, quorum pars erant Phœnices, terram appellantibus אֶרֶץ, et præposito articulo הארץ ac nescis an lingua Phœnicum, pressioribus faucibus, חארץ, quo sono literæ h e r s sive c h e r s exprimuntur. Leges etymologicæ non repugnare huic coniecturæ videntur; siquidem notissimum est, Græcos multa peregrina nomina, imprimis geographica, in sermonem suum recepisse, et magnis sæpe sonorum factis mutationibus, ita tamen semper, ut nova vocabula specie, sive ad stirpem sive ad declinationem animum adverteris, Græca evaderent; neque in hoc transformationum genere magis quam in aliis rerum, deorum atque heroum mutuationibus conglutinationibusque curiosam fuisse gentem ad significandum ullo modo, unde novæ voces, sic in civitatem quasi apud se receptæ, originem haberent. Num præ historicis legibus coniectura nostra æque queat stare atque ab analogiæ etymologiæque rationibus non alienam arbitramur, iam videamus.

Nomen Chersonesi, quamvis posteris temporibus solitum attribui cuivis pæninsulæ, peculiariter tamen et ut propria regionum appellatio ad eiusmodi loca pertinet, ubi Phœnices aut certo constat antiquissimis temporibus colonias habuisse, aut non improbabili coniectura verisimile fit commerciorum causa sedes quondam occupasse. Maxime insignes regiones, quibus Chersonesi peculiaris, et quam nunc in grammatica propriam dicere consuevimus, fuit appellatio, pæninsulæ sunt a Caria, a Thracia, a Tauris in mare excurrentes; oppida eodem nomine Stephanus Byzantius voce *χεῤῥόνησος*, post memoratas urbes in tribus illis pæninsulis sitas, duo addit posita in insula Creta, aliud Libyæ, aliud prope Corinthum; etiam esse promontorium Chersonesum in Lycia. Notum est autem, Phœnices in peregrinis terris ea sibi loca maritima solitos eligere urbibus condendis, quæ aliquantum procurrentia a continenti, mari pleraque eorum circumfluente et plures formante sinus, tum ad defendendum faciliora essent, tum opportunius sita ad navigationem. Ac de Siculis quidem Phœnicum urbibus, vetustissimis illis, quæ ante Carthaginienses et multo ante Græcorum in Siciliam adventum conditæ fuerant ac longo tempore floruerant, quum novæ eadem loca, devictis atque expulsis vel ultro profugis stirpis Punicæ incolis, occupavere coloniæ Græcorum, Chalcidenses primæ, plurimæ Dorici nominis, disertus et cuius fidem vel hac in re nemo in dubitationem vocaverit, testis est Thucydides. Is enim capite secundo libri sexti: incolebant vero, inquit, et Phœnices per totam Siciliam, *ἄκρας τε ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ ἀπολαβόντες καὶ τὰ ἐπικείμενα νησίδια ἐμπορίας ἕνεκεν τῆς πρὸς τοὺς Σικελούς*, h. e. occupatis in ora maritima promontoriis sive pæninsulis et, quæ proxime oram positæ erant, insulis minoribus. *ἀπελάμβανον* autem i. e. occupabant promontoria sive pæninsulas ductis per isthmos fossis aut muris. Situs naturalis plurimarum urbium, quas certo scimus a Phœnicibus esse conditas, certissimo est eius rei documento. Jam quum Phœnicibus constantis fuisse moris perennisque consilii noscatur, pæninsulas potissimum sedibus suis eligere et firma possessione obtinere, perquam probabile videri potest, his ipsis in regionibus vocem eam, qua t e r r a m coloni appellabant, in usum venisse apud indigenas et lingua semel receptam mansisse in usu etiam post expulsos Phœnices aut confusos cum novis colonis e Græcia venientibus. Quod fere simili ratione accidit ei vocabulo, quo u r b s lingua Phœnicum significatur. C a r t h a enim, quæ apud Phœnices communis erat urbium appellatio (Hebræi pronuntiabant קֶרֶת), plurium urbium Punicarum proprium nomen et apud incolas et apud exteros extitit. Carthagini ipsi, omnium clarissimæ ac potentissimæ inter colonias Phœnicum, quis nescit nomen a conditoribus inditum U r b i s n o v a e,

קַרְתָּא חֲדַתָּא, mansisse in omnem posteritatem, receptum a Romanis, et a Græcis leviter modo deflexum in *Καρχηδόνα*? Et C i r t a Numidiæ, et Tigrano c e r t a Armeniæ, urbes olim nobilissimæ, quibus addi aliæ poterunt haud paucæ, ex eadem stirpe ducto nomine id, quod modo de urbium appellatione diximus, satis superque convincunt. Atque simili ratione nomina prisca et a colonis peregrinis profecta etiam aliis locis ac totis regionibus imposita esse ac multo etiam post quam expulsi essent nominum inventores, servata ore hominum ac tabularum librorumque fide, quis negaverit?

Attamen probe intelligo multa adhuc deesse ad eam, quam de Cherso nomine dedi coniecturam, penitus omnibus probandam. Alii alia forsitan desiderent. Nobis interim, ut maior illi fides comparetur, opus imprimis esse videtur aliis exemplis vocabulorum, simili ratione e Phœnicum in Græcorum linguam translatorum. Cuius generis quum plura mihi animo obversentur, duo, quæ quidem videntur rei, de qua agimus, convenientissima, addam documenta, unum notum omnibus, alterum, quod coniectura equidem assecutus esse mihi videor. Notam rem prius proponam. Ecquis B y r s a m non novit, arcem Carthaginis, quam Tyrii coloni, utar verbis poetæ Aeneidos libri II. v. 367,

> Mercati solum, facti de nomine Byrsam,
> Taurino quantum possent circumdare tergo,

condiderunt? Bella edepol fabula. At nemo nunc nescit, eam fabulam non a Carthaginiensibus profectam, sed inventam exornatamque a Græcis, ut qui sono vocis fallente crederent, nomine loci, quod incolarum lingua b i r t a vel b o s r a putatur sonasse (בִּירָה etiam lingua Hebraica est castellum sive arx munita) rem significari eandem, quæ ipsorum lingua diceretur *βύρσα*, i. e. corium. Hinc apud gentem credulam facile nota et recepta opinio de tergore taurino in lora dissecto et omne spatium, in quo arx collocaretur, complexo; argumento fabulæ ex significatione Græcæ vocis petito. Quam rem post alios, ut recentiores prætereain, qui uno omnes ore in eandem ierunt sententiam, ad amussim illustravit Heynius in commentario ad dictos Virgilii versus. — Noto huic subiungam aliquid novi. Scilicet de origine nominis B o s p o r i, freti, quo Propontis Ponto Euxino iungitur, quodque nomen æque ad plura translatum est freta, ac Chersonesi ad pæninsulas, simile quid eius in mentem mihi venit, quod modo relatum est de Byrsæ Carthaginiensium mira ac fabulosa in auribus atque ore Græcorum transfiguratione. In fabulis atque vel in historiis veterum est, Bosporo nomen factum a bovis traiectu, *βοὸς πόρῳ*, postquam Ionem, Inachi regis filiam, in bovem mutatam fretum illud, ex Europa in Asiam fugientem, nando transisse carminibus celebrari cœptum esset; quæ quidem fabula plurimum et auctoritatis et perennitatis accepisse videtur illis, quæ Æschylus poeta vinctum suum in Caucaso Prometheum eadem de re colloquentem inducit cum Ione, hisce versibus mytho antiquiore comprehenso et quasi fixo (Æschyl. Prom. 731 seqq.): *ἔσται δὲ θνητοῖς εἰσαεὶ λόγος μέγας τῆς σῆς πορείας, Βόσπορος δ'ἐπώνυμος κεκλήσεται.* Nec, nisi qua forte recondita alicubi lateat concinnior rei interpretatio, quidquam aliud Græci commenti sunt ad originem nominis explicandam; neque apud Romanos aut recentiori memoria invenio uspiam Græcum nominis, quem Græci ipsi prodiderant, ortum in dubitationem esse vocatum. Quamquam, si analogiam modo grammaticam paulo accuratius consideraveris, haud multum bubulæ isti derivationi, licet omnes eam Græci et mythographi et historici suæ nationi vindicaverint, tribuendum videbitur. Cetera enim omnia ex bove (*βοῦς, βοός, βόες*) derivata vocabula vere Græca aut, si prima alterius vocis, cui *βοῦς* iungitur, litera est vocalis, primam syllabam habent *βο*, velut *βο-ηλασία*, *βο-άνθρωπος*, *βο-ῶπις*, *βο-ώνης*, aut, si consonans illa est, modo diphthongus servatur, modo diducitur in duas simplices vocales, dorica denique dialecto mutatur in *ω*, velut *βω- κόλος*, *βου-κόλος*, *βου-λυτός*, *βου-νόμος*, *βού-βοτος*, *βου-γενής*, *βου-δόκος*, *βου-θυσία*, *βου-μολγός*, *βου-τρόφος*, *βου-φόνος*, *βού-χιλος*, *βου-στρόφος*, *βου-πελάτης*, *βου-πληθής*, *βου-πλήξ*, *βοο-κλόπος*, *βοο-σκόπος*, *βοό-στολος*, neque usquam sibilantem repereris insertam, nisi forte, sequente *σ*, acrius pronuntiandi causa litera duplicatur; quod tamen in uno tantum verbo *βοοσ-σόος* lexica quidem factum monstrant. *βοσ-πορος* igitur contra omnem analogiam, si etymon esset *βοῦς*, conformatum esse apparet. Immo *βού-πορος* esset recta et analogiæ consentiens compositio; qua forma etiam extat vox apud scriptores græcos, sensu tamen transitivo et reducto accentu, ut sit *βουπόρος* res bovem transfigens sive perforans, velut *ὀβελὸς*

βουπόρος, veru ingentis magnitudinis, apud Herodotum (II. 135) et Xenophontem (Anabas. VII. 8. 14). Ergo iam grammatica commonefacit nos, falsam existimandam esse Græciam suæ vindicantem linguæ originem ac radices nominis Bospori. At vero quantopere, rerum quoque habita ratione, inane ac puerile commentum istud de bovis meatu sit habendum, quam explodenda Græcorum fabulatorum, si quis etiam nunc fidem illis haberi velit, credulitas, vix est quod coram doctis et rerum et linguarum scrutatoribus commemorem. Animum igitur quum adverterem ad loci naturam, circumspiciens, si forte hinc posset probalilior nominis interpretatio provenire, tenendum mihi videbatur, quod de origine huius Pontici freti proditum memoriæ est, rationi omnino illud consentaneum. Etenim perhibetur, intumentibus aquis Ponti Euxini, multorum et magnorum amnium perpetua augescentis affluentia, quum antea maria essent secreta, tandem perrupisse Pontum in mare internum, freto prius facto Bosporo, tum, oppleta mari Propontide, Hellesponto; atque hanc de Ponti Euxini in mare Ægæum irruptione famam vetustissimam Diodorus Siculus (Bibl. Hist. V. 47) narrat incolas insulæ Samathraces, quæ vicina est Hellesponto, acceptam a maioribus memoriæ prodidisse. *) Samothracen autem, perinde ac Thasum, Lemnum, et alias insulas maris Ægæi, novimus summa antiquitate, prius quam ea loca Græci frequentarent, incoluisse Phœnices. Quæ reputanti mihi suspicio exorta est, posse freto nomen Bosporum esse ab irruptione aquarum, et inditum quidem ab ea natione, quæ factam irruptionem vidisset aut multo prius, quam Græci, factam a posteris accolentium audisset, Phœnicibus illis remotissima antiquitate colonis insularum; hinc profectum nomen mansisse apud posteros, originem vero nominis tractu temporum oblivione esse obscuratam. E Phœnicum igitur lingua Bospori nomen potius repetendum quam e Græcorum videbatur. Nec mediocri mihi fuit gaudio, ubi reperi esse in lingua Phœnicia, quantum eius in lexicis nostris Hebraicis et Chaldaicis servatum est, duo verba ea significatione, iisque literarum signis, ut Bospori nomen haud inepte ex iis, multo certe aptius quam ex bovis transitu, derivari posse videretur. Est enim verbum בּוּץ significatu reflexivo dissipari et redundare, usurpatum aliquoties in libris Hebræorum de aquis effusis, cui synonymon est נָפַץ, unde נֶפֶץ inundatio et imbres effusi; et alterum פָּרַץ rumpere, dissipare, irrumpere, unde פֶּרֶץ ruptum, eruptio, etiam de aquis diffusis dictum II. Sam. 5, 20. Quibus duobus e vocabulis tertium poterat compositione formari, naturam eventus, quo factum est fretum, plene exprimens. **)

---

*) Quæ Diodorus a Samothracibus narrata memorat, eadem Strabo geographus I. p. 49 ed. Cas. scribit rationibus ex rerum natura petitis monstravisse Stratonem physicum, Theophrasti illum auditorem et in schola Peripateticornm successorem. Stratoni ait Strabo fidem habuisse Eratosthenem arguenti *τὸν Εὔξεινον μὴ ἔχειν πρότερον τὸ κατὰ Βυζάντιον στόμα, τοὺς δὲ ποταμοὺς βιάσασθαι καὶ ἀνοῖξαι τοὺς εἰς αὐτὸν ἐμβάλλοντας, εἶτ᾽ ἐκπεσεῖν τὸ ὕδωρ εἰς τὴν Προποντίδα καὶ τὸν Ἑλλήσποντον.*

**) Explicantes ea, quam supra exposuimus, ratione originem nominis Bospori ad eumque ortum referentes fabulam de Ione sub bovis specie fretum Ponticum tranante, magnopere quidem dissentimus ac recedimus ab receptis non Græcorum tantum sed et recentiorum hominum eruditorum opinionibus; at veram solidamque doctrinam coniecturæ huius nostræ videmur nobis habere adiutricem; siquidem, quæ nos hic coniecimus, congruere omnino videntur cum iis, quæ summus hoc tempore doctorum, historiæ literarumque haud minus quam naturæ sagacissimus interpres, disseruit acutissime de natura ac ratione mythorum antiquitatis. Veram enim prorsus equidem arbitror esse nec ulla ratione labefactandam Alexandri ab Humboldt de geographia Græcorum mythica sententiam, quam prius ille exposuit in opere gallica lingua conscripto *Examen critique de la géographie* T. I. p. 112 et 171, repetiit deinde et adversus ea, quæ contra dixerat Ottfridus Müller, defendit in *Cosmo*, T. II. p. 405 seq. Cuius doctrinæ summa hæcce fere est: *„Les mythes des peuples, mêlés à l'histoire et à la géographie, ne sont pas en entier du domaine du monde idéal. Si le vague est un de leurs traits distinctifs, si le symbole y couvre la réalité d'un voile plus ou moins épais, les mythes intimement liés entre eux, n'en révèlent pas moins la souche antique des premiers aperçus de cosmographie et de physique. Les faits de l'histoire et de la géographie primitives ne sont pas seulement d'ingénieuses fictions, les opinions qu'on s'est formées sur le monde réel, s'y reflètent. — Il en est de l'espace comme du temps: on ne saurait traiter l'histoire sous un point de vue philosophique, en ensevelissant dans un oubli absolu les temps héroïques.“*

Bericht über das Schuljahr 1853-54.

I. Schulverfassung.

A. Allgemeines.

Im Lehrsysteme der Anstalt sind erhebliche Abänderungen an der Verfassung des vorigen Schuljahres nicht eingetreten. Die Anstalt umfaßt demnach noch sechs, vollständig von einander getrennte, Gymnasialklassen, jede mit 32 wöchentlichen Unterrichtsstunden, und daneben eine, den mittleren Klassen des Gymnasiums parallelstehende, in zwei Abtheilungen zerfallende Realschule, welche in der Hälfte der Lehrstunden statt des in der gleichen Zeit in den Gymnasialklassen ertheilten lateinischen und griechischen Unterrichts besonderen Unterricht in der französischen und englischen Sprache, in der kaufmännischen Wissenschaft, Mathematik und im Zeichnen erhält, während sie in den übrigen Lehrstunden den Unterricht mit den gedachten Gymnasialklassen, die untere Abtheilung mit Quarta, die obere mit Tertia, gemein hat. — Für das nächste Schuljahr sind jedoch, inzwischen hervorgetretenen Bedürfnissen entsprechend, mehrfache Aenderungen sowohl im Klassensysteme als im Lehrplane der Anstalt eingeleitet, und steht deren Einrichtung mit dem Beginne des neuen Jahrescursus zu erwarten. Namentlich ist durch die gestiegene Frequenz die Trennung der Ober- und Untersekunda in ganz gesonderte Klassen nothwendig geworden, und soll ferner dem naturhistorischen Unterrichte die dem Normallehrplane der Gymnasien entsprechende Ausdehnung durch Aufnahme dieses Unterrichtszweiges auch in die zwei untern Gymnasialklassen gegeben werden; sowie auch Bedacht darauf genommen ist, daß in der Realklasse ein etwas umfassenderer naturwissenschaftlicher Unterricht wird ertheilt werden können. Für vermehrte Räumlichkeiten sowohl wie für Gewinnung der wegen dieser Klassenvermehrung und Unterrichtserweiterung erforderlichen neuen Lehrkräfte ist bereits geeignete Fürsorge getragen.

In den gottesdienstlichen Einrichtungen für die Anstalt ist eine wesentliche Abänderung gleichfalls nicht eingetreten. Der tägliche Besuch der heiligen Messe unmittelbar vor dem Unterrichte, wie derselbe seit vorigem Jahre auch für die übrigen Gymnasien der Provinz zur Regel geworden, war hierselbst von jeher üblich. Die alljährliche feierliche Begehung des Aloysius-Festes durch ein vor dem Unterrichte abzuhaltendes Hochamt verbunden mit einer Predigt, zum erstenmale in dieser Weise im vorigen Jahre angeordnet, ist von Seiten des Königlichen Provinzial-Schul-Collegiums mittels Verordnung vom 31. Dezember 1853 genehmigt worden. Ein nachmittägiger Gymnasial-Gottesdienst an Sonn- und Feiertagen, auf dessen Einrichtung, auf Veranlassung eines darauf gerichteten Wunsches Sr. Eminenz des Herrn Cardinals und Erzbischofes von Cöln, die Königliche Schulbehörde bereits im vorigen Jahre und wiederholentlich auch im Laufe dieses Jahres angelegentlichst hingewirkt, hat bis jetzt noch nicht angeordnet werden können, indem die Benutzung der Pfarkirche in der für diese Andacht geeigneten Zeit fortdauernd behindert ist, die Abhaltung der Andacht in einer der Annexkirchen aber, theils wegen der beschränkten Räumlichkeit derselben, theils anderer hindernder Umstände wegen, nicht füglich zu bewirken war. — Zum Tische des Herrn werden die Schüler in der Regel alle sechs Wochen geführt.

Für häusliche Ordnung und sittlichen Wandel der Schüler wird insbesondere dadurch gesorgt, daß dieselben des Abends von einer bestimmten Stunde ab sich nicht aus ihren Wohnungen entfernen dürfen und alsdann Besuche vom Direktor und den Klassenlehrern zu gewärtigen haben.

B. Uebersicht des Lehrplans.

1. Prima. Ordinarius: Der **Direktor**.

Religionslehre: 2 St. Die Lehre von den h. Sakramenten; die allgemeine und besondere Vollendung. Die allgemeine Sittenlehre, nach Martin. Hr. Eschweiler.

Latein: 8 St. **Cicer. Brutus** mit Auswahl; Cicero's Rede **pro Milone.** (Ein Buch des **Livius** und **Tacit. Agricola** wurden privatim gelesen.) 3 St. — Korrektur des wöchentlichen Pensums und des monatlichen Aufsatzes; lateinische Stil= und Sprech=Uebungen. 2 St. Hr. Oberlehrer **Dr.** Bogen. — **Horat. Carm. III. u. IV.** mit Auswahl, einige Epoden und **Epist. I.** 2.; ein Theil dieser Stücke wurde memorirt. 2 St.; Extemporalien und metrische Uebungen. 1 St. Der Direktor.

Themata zu den lat. Aufsätzen: 1. Quae Alexandrum Magnum adiuverint in subigendis Persis. — 2. Quae nobis declarent et comprobent illa plebeiorum cum patriciis certamina. — 3. Quas utilitates praebeant latine scribendi exercitationes. — 4. *Τῶν πόνων πωλοῦσιν ἡμῖν πάντα τἀγάθ' οἱ θεοί.* — 5. De commodis aureae mediocritatis. (Horat. Carm. II. 10.) — 6. Quid debeas, o Roma, Neronibus, testis Metaurum flumen. Horat. Carm. IV. 4. — 7. Labor et voluptas dissimillima natura naturali quodam vinculo inter se iuncta sunt. — 8. Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum. Horat. Epist. I. 14, 10. — 9. Quibus causis factum sit, ut regnum Judaeorum diutius steterit quam Israelitarum. — 10. Orandum est ut sit mens sana in corpore sano. (Abiturienten=Arbeit.)

Griechisch: 6 St. Plato's Apologie und Phädo. 3. St. Homer's Ilias **I.—III. VI. XX. XXI.** (4 Bücher der Odyssee und Il. IV. V. wurden privatim behandelt und in der Klasse cursorisch durchgenommen.) 2 St.; Stilübungen mit Bezugnahme auf schwierigere Punkte der Grammatik. 1 St. Der Direktor.

Deutsch und philosophische Propädeutik: 3 St. Hauptpunkte aus der Geschichte der älteren deutschen Literatur. Gelesen und erklärt wurden Stücke aus dem 2. Theile des Lesebuchs von Bone. Uebungen im mündlichen Vortrage. Aufsätze. — Im Sommersemester: Begriff der Philosophie nach ihrer geschichtlichen Entwickelung im Alterthume. Anfangsgründe der empirischen Psychologie. Der Direktor.

Themata zu den deutschen Aufsätzen: 1. Ueber den Nationalhaß. 2. a. Ueber die Werthachtung fremder Verdienste. b. Worin besteht das wahre Verdienst. c. Selbstgefühl und Selbstruhm des Dichters. (Nach einigen in der Klasse erklärten Gedichten.) 3. a. Vergleichung des Wesens des sittlichen, politischen und künstlerischen Wirkens. (Nach Klopstocks Ode: „Der Gränzstein.") b. Ueber das Poetische in der Natur der Thiere. 4. Charaktere des Agamemnon und Achill. 5. „Entzwei' und gebiete! Tüchtig Wort. Verein' und leite! beff'rer Hort." (Göthe.) 6. Deutschlands Beruf. (Nach Stolberg's Ode: „Ja, Herz Europens" u. s. w.) 7. a. Des Sokrates Ansicht über die Gränzen des göttlichen und menschlichen Gesetzes hinsichtlich des demselben schuldigen Gehorsams. (Nach Plato's Krito und Apologie.) b. Beleuchtung der wider den Sokrates erhobenen Anklage, daß er nicht an die Götter des Staates glaube und die Jugend verderbe. 8. a. Einfluß des Handels auf den Fortschritt der Menschheit. (Schillers „Kaufmann".) b. Tugend, das höchste Gut. 9. a. Werth der verschiedenen Berufsarten hinsichtlich der Entwickelung der Seelenkräfte. b. Auch das Leben eine Schule. 10. Was der Mensch säet, das wird er ernten. 11. Wie kann der Jüngling zum guten Rufe der Anstalt, welcher er seine Bildung verdankt, beitragen. (Abiturienten=Arbeit.) 12. Horaz, ein Lehrer der Weisheit und Tugend. 13. *τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.* Großes kann nur durch Anstrengung errungen werden. (Probe=Arbeit der Unter=Primaner.)

Französisch: 2 St. Schriftliche und mündliche Uebersetzung deutscher Musterstücke, mit Wiederholung der wichtigsten syntaktischen Regeln. Gelesen und erklärt wurden ausgewählte prosaische und poetische Stücke aus Ahn's Lesebuch 2. Theil, mit beständiger Rücksicht auf Metrik und Literaturgeschichte. Hr. **Dr.** Ahn.

Hebräisch: 2 St. Das unregelmäßige Verbum; Uebersetzung aus Maurer's Lesebuche; Uebersetzung und Erklärung von **II. Mos. 1—8.** Hr. Religionslehrer Eschweiler.

Geschichte und Geographie: 3 St. Die neuere Geschichte bis zum Tode Friedrichs des Großen, nach Pütz. Hr. Gymnasiallehrer Quossek.

Mathematik: 4 St. Algebra: Rechnung mit imaginären Größen. Gebrauch der Logarithmentafeln. Auflösung der Gleichungen des zweiten Grades mit mehreren Unbekannten, einschließlich solcher, wo Combinationen derselben vorläufig gesucht werden. Newton's Binom nebst Anwendung zur Näherung an die wahren Werthe der irrationalen Zahlen. Darstellung des allgemeinen und summatorischen Gliedes einer Reihe. Ueber arithmetische Reihen verschiedener Ordnung, und über geometrische Reihen. Trigonometrische Lösung quadratischer Gleichungen. 2 St. — Geometrie: Die Lehren von

der Aehnlichkeit und Aequipollenz. Ueber harmonische Theilung und über den Schnitt nach stetiger Proportion. Ueber Quadratur und Rektifikation des Kreises. Stereometrie: Die Sätze über die gegenseitige Lage der Linien und Ebenen im Raume. Erklärung und Entwickelung der trigonometrischen Funktionen. Trigonometrische Auflösung der Dreiecke aus gegebenen Stücken. Nach Meyer. Hr. Oberlehrer Blumberger.

Naturwissenschaft: 2 St. Von der Reibungs= und galvanischen Elektricität. Nach Koppe Hr. Oberlehrer Blumberger.

2. Sekunda. (Ober= und Untersekunda noch ganz combinirt.)

Ordinarius: Hr. Oberlehrer **Dr. Bogen.**

Religionslehre: 2 St. Die Lehre von der h. Dreifaltigkeit, von der Erschaffung, Erlösung und Heiligung; die vier ersten h. Sakramente, nach Martin. Hr. Eschweiler.

Latein: 10 St. Cicero's Reden **pro Archia poeta, pro rege Deiotaro, pro Ligario; Livius lib. I.,** mit Auswahl. (**Cic. pro lege Manilia u. Sallust. Catilina** wurden von den Obersekundanern privatim behandelt und cursorisch in der Klasse durchgenommen.) 3 St. Die Syntax nach Zumpt von Kap. 76—84. Einiges aus der **Syntaxis ornata.** 2 St. Wöchentlich ein Pensum und ein Extemporale; im Sommersemester kleinere freie Aufsätze für die Obersekundaner. 2 St. Hr. Oberlehrer **Dr.** Bogen. — **Virgil. Aen. II. III. V. 1—200.** 2 St. Mündliche Uebersetzungen aus Süpfle's Aufgaben und metrische Uebungen. 1 St. Hr. Gymnasiallehrer Hemmerling.

Griechisch: 6 St. **Xenoph. Anab. lib. II.** und Anfang von **lib. III.; Herodot. lib. I.,** mit Auswahl. 2 St. Syntax nach Buttmann von §. 122—140, nebst schriftlichen Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Griechische und aus dem Griechischen ins Lateinische. 2 St. Hr. Oberlehrer **Dr.** Bogen. — Homer's Odyssee **I.—III. V. VI. lib. VIII.—XII.** wurden privatim gelesen und in der Klasse cursorisch durchgenommen. 2 St. Hr. Hemmerling.

Deutsch: 2 St. Poetik, besonders die Lehre vom Versbau und den verschiedenen Dichtarten; Lektüre, Erklärung und Deklamation ausgewählter Stücke aus dem 2. Theile von Bone's Lesebuch; Aufsätze und schriftliche Arbeiten aus der Privatlektüre. Hr. Hemmerling.

Französisch: 2 St. Wiederholung der wichtigeren Theile der Syntax. Uebersetzung deutscher Musterstücke ins Französische. Gelesen und erklärt wurden aus Ahn's Lesebuch poetische und prosaische Stücke historischen und beschreibenden Inhalts, mit steter Rücksicht auf Grammatik und mündlichen Vortrag. Hr. **Dr.** Ahn.

Hebräisch: 2 St. (bloß für diejenigen Obersekundaner, welche Theologie oder Philologie zu studiren beabsichtigen.) Die Elementarlehre; die Formenlehre bis zum unregelmäßigen Verbum. Uebersetzung der entsprechenden Lesestücke aus Maurer's Lesebuche. Hr. Eschweiler.

Geschichte und Geographie: 3 St. Die Geschichte und alte Geographie von Asien, Aegypten und Griechenland bis auf die Römer, nach Pütz. Wiederholung aus der neueren Geographie (Rußland, Türkei, Asien und Afrika). Hr. Quossek.

Mathematik: 4 St. Algebra: Die Theorie der Potenzen und Wurzeln, nebst Rechnungsoperationen. Auflösung der Gleichungen des ersten Grades mit mehreren unbekannten Größen nach den verschiedenen Eliminationsmethoden. Auflösung der Gleichungen des zweiten Grades. Praktische Uebungen aus Hirsch's Sammlung. 2 St. — Geometrie: Verschiedene aus den allgemeinsten Eigenschaften des Dreiecks abgeleitete Sätze. Die Lehre vom Viereck und Kreis. Größenvergleichung geradliniger Figuren. Theorie der geometrischen Verhältnisse und Proportionen. Nach Meyer. 2 St. Hr. Oberlehrer Blumberger.

Naturwissenschaft: 1 St. Einführung in das Studium der Physik. Von den allgemeinen und beständigen Kennzeichen der Materie. Ueber Maaße und Gewichte. Vom Druck der Atmosphäre und vom Barometer. Einrichtung und Gebrauch des Thermometers. Nach Koppe. Hr. Oberlehrer Blumberger.

3. Tertia. Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer **Quossek.**

Religionslehre: 2 St. Die Lehre von den h. Sakramenten. Von der christlichen Gerechtigkeit, nach dem Mainzer Diöcesankatechismus. Erklärung der kirchlichen Feste und Ceremonien. Hr. Eschweiler.

Latein: 10 St. Wiederholung einiger Theile der Casuslehre; Gebrauch der Tempora und Modi, nach der Grammatik von Siberti und Meiring; eingeübt nach August. Extemporalien. Wöchentlich ein Pensum. 5 St. **Cæsar Bell. Gall. lib. VI.** und **I.**; ein Theil des Gelesenen memorirt. 3 St. Hr. Quossek. — Prosodie und Metrik. Ausgewählte Stücke aus Ovid's Metamorphosen **(Dædalus, Philemon, Agrestes Lyciæ, Midas, Hecuba, Aeneas, Romulus, Cæsar, Creatio mundi, c.** 800 Verse), theilweise memorirt. 2 St. Der Direktor.

Griechisch: 6 St. Wiederholung der regelmäßigen Conjugation. Die Verba auf $\mu\iota$ und unregelmäßigen Verba. Die Lehre von den Casus, nach Buttmann. Uebersetzung entsprechender Stücke aus Jakobs. Im Sommer Xenophon's **Anabasis I. 1— 4** und Homer's Odyssee **II. 1—207**, wovon **v. 1—105** memorirt wurden. Wöchentlich ein Pensum. H. Quossek.

Deutsch: 3 St. Satzlehre. Metrik und Uebung im Versificiren. Lesen, Erklärung und Memoriren von Stücken aus Bone. Alle 14 Tage ein Aufsatz. Hr. Quossek.

Französisch: 2 St. Die unregelmäßigen Zeitwörter; die Congruenz und Rektion, die Modus- und Tempusformen, der Infinitiv und das Particip, nebst mündlicher und schriftlicher Uebersetzung der darauf bezüglichen Aufgaben aus Ahn's Grammatik. Erklärt und übersetzt wurden aus Ahn's Lesebuch 1. Theil ausgewählte Stücke in Prosa, nebst einigen Fabeln von **Lafontaine** und **Florian.** Hr. **Dr.** Ahn.

Geschichte und Geographie: 3 St. Geschichte der Deutschen bis zum spanischen Erbfolgekrieg, nach Pütz. Geographie von Deutschland. Hr. Oberlehrer **Dr.** Bogen.

Mathematik: 3 St. Algebra: Rekapitulation der Anfänge. Lehre von den Produkten und Quotienten. Rechnung mit entgegengesetzten Größen. Auflösung der Gleichungen des ersten Grades mit einer unbekannten Größe. Praktische Uebungen in der Bearbeitung von Aufgaben aus Hirsch's Sammlung. — Geometrie: Wiederholung der Anfangsgründe. Ueber Congruenz und Parallelität nebst Fortbau. Hr. Oberlehrer Blumberger.

Naturkunde: 2 St. Im Winter Mineralogie; im Sommer Botanik mit besonderer Berücksichtigung der Culturpflanzen. Hr. Engeln.

Gesang: 1 St. Erste Abtheilung: Theoretische Uebungen. Zweite Abtheilung: Anfangsgründe für die ohne Vorkenntnisse in die Klasse getretenen Schüler. Entsprechende Uebungen. Hr. Hartmann.

4. Quarta. Ordinarius: Hr. Gymnasiallehrer **Hemmerling.**

Religionslehre: 2 St. Die 12 Artikel des apostol. Glaubensbekenntnisses. Die Lehre von der christlichen Hoffnung und Liebe. Hr. Eschweiler.

Latein: 10 St. Wiederholung der unregelmäßigen Verba; die Lehre von der Uebereinstim- des Subjekts mit dem Prädikate, die Syntax der Casus und das Wichtigste aus der Tempus- und Moduslehre, nach der Grammatik von Siberti und Meiring, mit schriftlicher und mündlicher Uebersetzung der betreffenden Stücke aus August. Wöchentlich 2 Pensa, im Sommer statt des einen ein Extemporale. 6 St. **Corn. Nepos: Miltiades, Themist., Aristides, Cimon, Thrasyb., Epam., Pelop., Agesilaus, Hannibal;** einzelne Kapitel wurden memorirt. 4 St. Hr. Hemmerling.

Griechisch: 6 St. Die regelmäßige und unregelmäßige Formenlehre bis zu den Verbis auf $\mu\iota$, nach Buttmann, eingeübt an den betreffenden Beispielen aus dem Elementarbuche von Dominicus. Wöchentlich ein Pensum. Hr. Hemmerling.

Deutsch: 3. St. Die Lehre von der Wortfolge, vom Sotze und von der Satzfolge, nach Heyse. Uebungen im Lesen und Vortragen nach Bone. Alle 14 Tage ein Aufsatz. Hr. Gymnasiallehrer **Dr.** Poeth.

Französisch: 2 St. Die Fürwörter und Hülfszeitwörter, das regelmaßige Zeitwort, die passive und reflexive Form, die ziellosen und unpersönlichen Zeitwörter, nebst Uebersetzung der dazu gehörigen Uebungen aus Ahn's Grammatik. Erklärung und Uebersetzung ausgewählter Stücke aus Ahn's Lesebuch 1. Theil. Hr. **Dr.** Ahn.

Geschichte und Geographie: 3. St. Geographie von Asien und Europa. Alte Geschichte bis auf Augustus, nach Pütz. Anfertigung von Karten. Hr. **Dr.** Poeth.

Mathematik: 3 St. Algebra: Die Anfangsgründe und ersten Operationen. Erklärung und Uebung des Gebrauchs der Einschließungszeichen. Praktische Uebung in der Bearbeitung von Aufgaben aus Hirsch's Sammlung. — Geometrie: Die ersten Gründe, einschließlich der Lehre von den Beziehungen der Winkel an der Transversale zweier geraden Linien. Hr. Oberlehrer Blumberger.

Naturkunde: 2 St. Im Winter aus der Zoologie die Wirbelthiere; im Sommer Anfangsgründe der Botanik. Hr. Engeln.

Gesang: 1 St. Theoretisch und praktisch wie in Tertia. Hr. Hartmann.

